Sermo

Incipiũt sermones dominicales su/ per euãgelia ⁊ epistolas p totũ annum edita a fratre hugone de prato ordinis predicatorum.

Prologus

Ecce dabit voci sue vocẽ virtu tis. ps. lxvij. Quãuis a multis multipliciter sint ꝓflati sermones ac et hominum gratiã meruerut tanq̃z fideles agricole in vinea domini fideliẽ laborantes tan dẽ diurnũ denariũ fideliẽ ꝓcepturi. nihilomin⁹ ego nouissim⁹ vigilaui. ⁊ visum est mihi bonũ ĩ vinea domini piter desudare: vt gratiã ⁊ meritũ consequar cum eisdẽ: dãte deo felicitatis eterne denarũ similiter receptur⁹. De illi⁹ ergo virtute ꝓfisus q̃ sermonis ⁊ scientie habet clauẽ. q̃ claudit ⁊ nemo apit. apit et nemo claudit. qui apit os mutoꝝ ⁊ linguas ĩfantiũ facit dissertas. q̃ ꝑdicatori voci sue vocẽ virtutis donat. sermones dominicales de euangelijs et eplis p totũ annũ ad dei honorẽ. primorum salutẽ et ꝑdicantiũ ꝓmodũ cõpilaui. p/ ut mihi diuina gratia ẽ largita de prato scripture: ego oriundus de prato de florido ordine ꝑdicatoꝝ minimus. flores colligens et inserens locis aptis. vt dicti sermones ampli⁹ redolerẽt. Deo totum euangeliũ et epl'am diuidens et exponens p membra singula moralia ĩmiscui ⁊ dicta sanctoꝝ q̃ ptinent ad salutem anime prout materia fuit passa. Nullus ergo propt̃ ꝓlixitatem sermones dictos abhorreat vl' deuitet. q⁹ si ip se multũ habet predicare inde accipiet vnũ membꝝ vel duo vel solius litere ex positionẽ enarret: prout melius iudicauerit digniũ fieri. Quibus aũt pluries ꝑdicare incumbit diuersis vicibus poterunt mẽbra singula ꝑdicare varijs cibis et plurib⁹ reficientes animas diuersorum inde vitam eternã ⁊ fructum allaturi ꝛc.

Dominica ꝓma aduentus domini de euangelio

Sermo primus.

Dicite filie sion. Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus. matb. xxj. Istud tẽpus vocat aduẽtus domini. q⁹ ꝑm quattuor dominicas ꝙtinet. q̃ttuor saluatoris nostri aduent⁹ sancta mater ecclesia recolit. s. aduentũ christi in mundũ siue in carnẽ. et hoc in ꝓma dominica. propter qd̃ dicit

℣ Ecce rex tu⁹ venit tibi mãsuetus ℟ Aduentũ christi ad iudicãdũ. et hoc fit in secũda dominica propt̃ qd̃ dicit. Tũc videbitis filiũ hominis veientẽ. ℟ Aduẽtum filij dei quẽ facit ad hominẽs ĩmorte. et hoc fit in tercia dominica. in q̃ agit̃ de aduentu filij dei ad limbũ p quẽ aduentus ei⁹ in morte hominis designat̃. propter qd̃ dicit. Tu es q̃ ventur⁹ es an aliũ expectam⁹. ℟ Aduentũ christi ad mẽtes nostras. ⁊ hoc fit in quarta dominica. propter qd̃ dicit. Dominus ꝓpe est. Tũc enĩ maxime fili⁹ dei expectat̃ vẽturus in mẽtes omniũ fidelium p gratiaꝫ spiritussancti sicut coꝛpaliter tũc venit. et natus in mũdo fuit quia q̃ ꝓhumana salute pfecte ipm credũt fuisse natũ. et tãte solẽnitati digne se ꝑparant et disponũt. nõ est dubiũ quin fili⁹ dei p gratiã in mẽtibus eoꝝ habitet et quiescat. johã. xiiij. ℟ Ad eũ venem⁹ ⁊ mãsionem

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

ꝑpud eū faciem⁹. ¶B ¶In p̄senti aūt
ꝺomunica aduentū christi in mundū si
ꝛe in carnē:quādo scz carnē sumere ⁊ na
ci dignatus est ex v̄gine gloꝛiosa:sācta
nater ecclesia recolit humiliē ⁊ deuote
Qui qui dē aduent⁹ desiderabat ab om
nib⁹ creaturis. Nā desiderabat ab om
nib⁹ supioꝛib⁹:scz ab angelis vt restau
rarent:qꝛ p incarnatōnem filij dei sedes
ꝺemoniū cadentiū sunt implete. Desiꝺe
rabat etiā ab inferioꝛibus: scz sanctis in
limbo vt īde extraherent.qui ibi detine
ꝺant captiui:qui p aduentū filij dei libe
rati sunt.zach.ix. Tu aūt in sanguine te
stamēti eduxisti vinctos de lacu in quo
nō erat aqua. Desiderabat ab anterio
ribus scz patrib⁹ veteris testa.q̄ propter
vehemens desideriū affligeba nt. et ido
ab ip̄is patrib⁹ veteris testamēti.vt p̄fi
cerent nō ampli⁹ in vmbꝛa legaliū ābu
lantes.neqꝫ in spe vētuturi aīma affligе
ret.qꝛ spes q̄ differt affligit aīmā puer.
xiij. Utinā dirūpes celos et descēderes
esa.lxuij. Desiderabat a posterioꝛib⁹ et
modernis vt in ei⁹ fide et merito salua
rent.nō descendētes ampli⁹ in infernuꝫ
qꝛ post ei⁹ aduentū ad celos ascendunt
oēs qui credūt in ip̄m.in vita glorie per
māsuri.jo.iij. Sic deus dilexit munduꝫ
vt suū filiū vnigenitū daret.vt oēs q̄ cre
dunt in eū nō pereāt:sed habeāt vitā eē
rā Hic quidē aduētus tanq̄ꝫ res magni
fica valde:et etiā res admiratōe plena p
multa tpa fuit ante p̄nūciat⁹ p multoꝝ
oꝛacula ꝓphetaꝝ. Int̄ q̄s ꝓpheta quidā
noūne zacharias ꝺ numeꝛo ꝓphetaꝝ xij.
p̄dictū aduentū a spūsancto doctus mi
rabilit̄ p̄nūciauit ⁊ bene.et de p̄senti tan
q̄ꝫ de re certa locutus est.ꝑ.c.ꝺ. Exulta
satis filia sion:iubila filia hierlm. Ecce
rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluatoꝛ ip̄e
paup ⁊ ascendēs sup asinā et sup pullū
filiū asine. Matheꝰ aūt recitat hāc pꝛo
ꝓphetiam licet verba aliquātulum diffe
rant. Et q̄a euangeliū hodiernū solūꝑp
ter hāc pꝛophetiā hodie recitat:q̄ christi
aduentū v̄aciter exp̄mit ⁊ deuote. ideo
solū hāc ꝓphetiā ꝑut a matheo sumit ꝑ
sequar in sermone.hoc enī auangeliuꝫ
in domīca palmaꝝ cātat ī q̄ ea q̄ in euā
gelio ꝓtinent ad literā ꝓtigerūt. ⁊ iō ibi
hoc euangeliū sumat iuxta lrām ⁊ pꝛose
q̄t ¶In hac ergo ꝓphetia.put a math.
sumit ꝓncipaliē ꝓtinent. Primo enī
ānunciatō bona p̄dicatoꝛib⁹ ipatur.ibi
Dicite. Secūdo cui bona ānūciatō an
nūciet subiūgit.ibi.filie sion. Tercō ipse
aduēt⁹ saluatoꝛis mirabilis nūciat.ibi.
Ecce rex tu⁹ venit tibi māsuet⁹ ¶Pri
mo ergo bona ānūciatō p̄dicatoꝛib⁹ im
pat.cū ꝺꝛ.Dicite.ſ. vos p̄dicatoꝛes: qui
estis os dei p q̄s deus ipse loquit ad sa
lutē. Hiere.iii. Si sepaueris pꝛecōsuꝫ a
vili q̄si os meū eris. Mat.xiii. Nō enim
vos estis loq̄ntes sed spūssanct⁹. Et ido
ꝓsuetudo ē eccīe vt hodie oēs p̄lati p̄di
cēt. Et oēs fideles debēt hodie ad p̄dica
tōnē ire.vt audiant bonā ānunciatōem:
quā de⁹ hoī p̄misit ⁊ veraciter adimple
uit.et dicere hoc bonū nūciū de icarnati
one filii dei. nec p̄dicatoꝛes dēnt silere.
nec fideles alii ꝓpter negligentiā nō au
dire.i.coꝛ.ix. Ue mihi si nō euangeliza
uero.i.si non bonā annūciatōnē diꝛero
Euangeliū enī idē ē qꝺ bona ānūciatio
ab eu qꝺ est bonū:⁊ angelus qꝺ ē nunti
us.iii.re.vii. Hec dies boni nūcij ē.si ta
cuerim⁹ et noluerim⁹ nūtiare sceleris aꝛ
guemur. Dic histoꝛiā bꝛeuit vere: sicut
tunc erat obsessa samaria ⁊ in in foꝛtissi
ma angustia ꝓstituta. Nam caput asini
octoginta argenteis vēdebat ⁊ tabi ster
coꝛis colūbe .i. vesica ꝓpter gna ibi latē
tia quiqꝫ argenteis vēdebat: et mlieres
filios suos comederūt.vt.iiij.re.vj.patꝫ.
Sic āte aduentū ꝺi totus mūdus mlti

et magnis ãgustijs ꝑmebat:et cibi aĩaꝝ
sc̃z dona spũssancti et vtutes ⁊ verbum
veritatis.nimis erãt cari.et hoĩes filios
occidẽtes ydolis immolabãt:qõ erat in
iquꝰ q̃z ipos comedere.Erãt etiã homi
nes infirmi virtute nõ valẽtes malo re/
sistere.nec in bono ꝓficere sub seruitute
viciorꝝ detẽti.Erant etiã ignorãtes et ẽ/
piter errantes:creaturas creatorẽ credẽ
tes: et eis honores diuinos stultissime
impẽdentes.et ideo sub ptãte dyaboli te
nebant.ꝓpter que omnia in morte ad ĩ/
fernũ dscendebãt ibi eternaliter cruciãdi.
Et sic abissus hũane miserie de aduẽtu
filij dei indigebat abissum diuine mise/
ricordie petẽs vt ab his omnibꝰ libera/
rẽt ad vitam gratie trãsferẽda.Aduen/
tꝰ ergo filij dei dies boni nũcij fuit: quẽ
nullo modo celare dẽmꝰ sed ipm reue/
renter et deuote ꝑplis nũciare.Et hoc ẽ
qõ deus hic mãdat dicẽs.Dicite.i. ãnũ
ciate et ꝑdicate diẽ leticie ⁊ gratie et mi/
sericordie plenũ:qr saluator noster iam
venit.Esa.lxj.Spũs domini sup me: eo
q̃ vnxerit me euãgelizare paupibus:mi
sit me vt mederer ꝓtritos corde ⁊ ꝑdica
rem captiuis indulgẽtiã:et clausis aper
tionẽ:et ꝑdicarẽ annũ domino placabi
lẽ et diẽ vltõnis. ꝺo nrõ vt ꝓsolarer om
nes lugentes ⁊ ponerẽ ꝓsolatõnẽ lugen
tibus syon:et darẽ eis coronã ꝓ cinere:
oleũ gaudij ꝓ luctu.palliũ laudis ꝓ spi/
ritu meroris.Nobis q̃ꝑ leticia gemia
tur.Antiqꝰ dicebat saluator noster ad/
ueniet.sed nobis dicit.Saluator noste
ra venit.Spes aũt q̃ differt animã affli/
git.puer.xiij.Et ideo antiq̃ patres sum/
me desiderabãt qõ nos iã habemꝰ.Ber
nar.Ardorem desiderij patrũ suspiran
tiũ xp̃i in carne ꝑsentiã frequẽtissime co
gitans ꝓfundor et ꝓpũgor in meipso.
et nũc vix contineo lacrimas ita pudet
teporis torpisq̃ miserabiliũ tpoꝝ horũ
cui nanq̃ nostꝝ ingerit gaudiũ hoc mu
nus gratie exhibite q̃ntũ accẽderat vete
ribus sanctis desideriũ sola ꝑmissio.Et
sic patet ꝑmũ.¶ Secũdo cui hec bo/
na ãnunciatõ debeat intimari subiũgit
q̃ filie sion.Syon erat arx et turris da
uid in monte sita.et figurat ecclesiã triũ
phantẽ:que est arx dei.Filia sion erat ip/
la ciuitas hierusalẽ in valle sita.que ꝓte
gebat ab arce sion sicut fila a matre.⁊ si/
gnat ecclesiã militãtem que ꝓtegit ⁊ de/
fendit a triumphãte sicut filia a mrẽ.Sic
ergo illis qui sunt in hirlim.i. in ecclesia
dei hec bona ãnũciatõ ꝑdicari dẽt. non
saracenis q̃ ipi deridẽt et nolũt audire
Nec iudeis vel hereticis.q̃ ipi non cre
dunt sc̃z filij dei incarnatõnẽ deprauant
Math.vij.Nolite sanctũ dare canibꝰ:
et margaritas nõ mittatis ante porcos
Christianis ergo q̃ sunt in valle lacrima
rũ ꝓstituti.et qui se sub manu dei humi
liant et curant eius voluntatez audire:
hanc bonã ãnũciatõnẽ ꝑdicare debemꝰ
Qui aũt superbiũt christianorꝝ ⁊ volũta/
tẽ dei nõ curant audire:sed potius ĩ pla
teis eligũt morari ⁊ fabulas audire q̃m
ad ecclesiã dei ꝑgere ꝓ salute verbi dei
penitus nauseãtes iudeis et saracenis
peiores in actibꝰ virtuosis ꝑdicare non
cogimur nec debemus.Qui enĩ benedi
ctõem noluerit elongabit ab eo vt dicit
dauid.ps.cviij.Math.xj.Cõfiteor tibi
pater celi et terre.q̃ absc̃ondisti hec a sa.
et ꝓu.et re.e.p.i.humilibꝰ.Tales autez
qui verbi dei ꝓtempnũt forte iudiciuz
sustinebũt.Luce.x.c.Dico vobis q̃ ꝟo/
domitis remissius erit in die illa.q̃z ciui
tati illi.Et sic patet secũdũ ¶ Tercõ ad/
uentus filij dei mirabilis nũciat.q̃ ecce
rex tuus. Ecce in scripturis frequenter
magne ãmiratõnis est nota.sicut dr esa.
vij.Ecce virgo ꝓcipiet et pariet filium.
Similit est hic.Iste rex qui venit mira/

bilis est sup omēs q̄ fuerūt ac etiā sūt futuri.et ideo cū magna diligētia nosip̄os p̄parare debem⁹.vt ip̄i in natiuitate ei⁹ entr⁹m ecclesie rep̄sentatōem reuerent et digne occurram⁹ vt decet cū oliuis ⁊ palmis:vt turb⁹ fecerūt put in hoc euāgelio p̄tinet. ¶ Debem⁹ ergo ei occurrere cu⁹ oliuis et vera pace pect⁹is ad deum:et co⁹pis ad p̄rimū et cū op⁹ibus miserico⁹die. Hec enī duo oliua sig̃ficat sc⁹ pacē in folijs et miserico⁹diā ꝓpt̄ oleum qđ generat:p qđ miserico⁹dia delig̃tur. Unde in signū pacis:colūba dtulit ad noe in o⁹e suo ramū oliue virentib⁹ folijs vt patet Gen.viij. Itē debem⁹ occurrere cū palmis.i.cū victo⁹ia vicio⁹ꝫ et demoniū. Pā palma victo⁹iaꝫ desig̃t: vt martires in signū victo⁹ie ad palmaꝫ depingunt̄.et antiqui palmā tribuebāt marti qui est dūs belli. Occurram⁹ ergo obuiā saluato⁹i nostro:ip̄ꝫ recepturi taꝫ humilit q̄ꝫ deuote. Amos.iiij. Ꝑpara ⁊ ra te in occursu⁹ dei tui israel.facilis enī est via Ber. Nō optet te hō maria trās fretare:nō penetrare nubes:nō transalpinare necesse est:nō grādis ostenditur tibi via.vsqꝫ ad temet ip̄m: occurre deo tuo vsqꝫ ad co⁹dis ꝓpunctōnem et o⁹is ꝓfessionē: ¶ C ¶ Assignant aūt in p⁹edicta ꝓphetia q̄ttuo⁹ rōnes:quare eum suscipe debem⁹ cū magna diligentia et reuerentia co⁹pis atqꝫ mentis. Primo ꝓpter dignitatē:q⁹ rex. Secūdo ꝓpter p⁹ietatē:q⁹ tutus. Tercio ꝓpter vtilitatē q⁹ venit. Quarto ꝓpter mansuetudinē. q⁹ mansuetus. ¶ Primo ergo dēmus eū suscipe reuerēter ꝓpter dignitateꝫ. q⁹ rex. Et attende q̄lis rex.certe.nō quales alij.imo multū differt ab omnib⁹ alijs. D ¶ Que aūt differētia in q̄nqꝫ maxime apparet. Primo ī vniuersalitate.q̄a iste est rex vniuersalis.scꝫ celi ⁊ terre et ī fermi et omnia ei obediūt et reuerentur

Phi.v. Dedit ei nomē q̄ đ est sup omē nomē.vt in noīe iesu omē genu flectat̄ celestiū.terrestriū.⁊ infernoꝝ. Sed alij sunt reges pticulares. q⁹ soluꝫ terre.nec totus terre sed alic⁹ ptis. ¶ Scđo ī p⁹petuitate.q⁹ rex est ꝓpetuus Dam. vij. Ptās eius ptās eterna.que nō auferet Apoc. xix. Hꝫ ī vestimēto suo et ī femore suo scriptū.rex regū et dominꝰ dominātiū. In natiuitate apparuit q̄ sit rex regū et dominꝰ oīm: q⁹ natus est intacto sigillo virginalis pudo⁹is. Unde natus est rex Math.ii. Ubi est q̄ natus est rex iudeo⁹ū. Alij āt fūt reges sed nō nascūtur reges.vnde nō sunt reges a natura sed a fo⁹tuna.nō sunt ꝓpetui reges sꝫ ad modicū tps vsqꝫ ad mo⁹tē. ¶ Tercio in potencialitate ⁊ ptāte.q⁹ eius potēcia ex tendit̄ simplr ad oīa scꝫ spūalia ⁊ co⁹palia ⁊ celestia et terrestria.et ad animā et ad co⁹p⁹.⁊ ad oīa bona tā nature q̄ꝫ fo⁹tune.et glē ⁊ gracie.et ad ea q̄ sunt et ad ea que nō sunt. Math.xxviij. Data est mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. Sed potencia alioꝝ dominoꝝ extendit̄ solū ad co⁹pa.et ideo post occisionē co⁹pm non possunt face⁹e amplius.et idcirco modicū sūt timendi. Sed iste rex post occisionē co⁹pis ꝑt animā mittere in gehēnam in ꝓpetuo cruciandā.⁊ ideo solus ip̄e timendus. Lu.xij. Nolite timere eos qui occidūt co⁹p⁹.et p⁹ hoc nō habēt āpliusq̄đ faciāt.timete eū qui post q̄ꝫ occi.habet ptā.mit.in gehē. ¶ Quarto in pfectōne q⁹ in omnib⁹ simplr est pfectus et in scientia et in vtute et b⁹euit in omni re. Hꝫ alij domini in nullo pfecti sunt. Et ita ē pfectus iste rex q̄ in nullo deficere vl' errare ꝑt. ¶ Quinto in p̄mioꝝ largitate. q⁹ innumerabilia et inaudita stipendia suis militibus elargitur.q⁹ cuilibꝫ militi totū regnū suū donat. Luc.xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pat me

us regnū. ¶Quod regnū est ipe deus om ne bonū ptinens. ¶Omnes aūt alij reges dāt prēmia misera et caduca. ¶At etiā ale xander q̄ omēs alios in largitate excessit: qui diuisit regnū suū duodecī pueris suis dum adhuc viueret: vt patz. j. ¶Da cha. j. et p̄sequēs ptātē et regna sil'do naūit: ⁊ q̄ hec simul omīa cū vita p̄dun tur: ideo modicū dedit. ¶Christus aūt p petua largit̄ ex quib⁹ omnib⁹ regis ma gnificētia demonstrat̄. ¶Secūdo de bem⁹ eū reuerēter suscipe: ppter p̄ppria tē: q̄ tuus. ¶Est enī: noster: non est enī rex saracenoꝝ vel tataroꝝ: q̄ in ip̄m nō cre dunt: neq; iudeoꝝ: q̄ ip̄m negauerūt di cētes. ¶Regē nō habem⁹ nisi cesarē. joh. xix ¶Nō enī terreat nos potēcia: caro enī et frater pater noster est. ¶Ita accidit de christo et nobis: sicut de joseph erga fra tres suos q̄ amplexatus est eos dicens. ¶Nolite timere p salute enī vestra misit me deus ante vos Gen. xlv. Ber. ¶Du bito q̄ xp̄s nō poterit me despicere: os ex ossib⁹ meis et caro de carne mea. ¶Sed quidā maledicti xp̄iani dicūt sicut iudi. ¶Nō habem⁹ regē nisi cesarē. q̄ eligūt si bi regē. s. dyabolū qui cedit eos in forti tudine in aīa ⁊ corpe. ¶Cesar enī dz a cedē do. Job. xliij. ¶Ipe est rex sup̄ōnes filios superbie. ¶Christū aūt qui oīm pinguedīe virtutū et spūssancti gracijs vngit nos: nolunt sup se regnare. ¶Christ⁹ enī idem est q̄ vnce⁹. Luc. xix. ¶Nolum⁹ hunc regn̄ re sup nos. ¶Et ¶Nota ergo q̄ iste rex caro et frater noster est nobis missus a deo quantū ad ea. ¶Primo ad exem plar: ⁊ in exemplū nrē actōis vt ip̄m se q̄mur in opibus vtuosis. ¶Exod. xxv. ca. ¶Omnia fac scōm exēplar qđ tibi in mō te mōstratū est. i. in xp̄o. Joh. xiij. ¶Exem plū enī dedi vobis vt quēadmodū ego feci ita et vos faciatis. ¶In cui⁹ figura in altū eleuatus ē: vt ab omnib⁹ possit vi deri tanq̄ signū directū. Esa. v. ¶Leuabit signū in natōes. ¶Secūdo in p̄ciuū iu ste redemptōis. ¶Eram⁹ enī debito inso lubili obligati. sed p̄ suū sanḡnē nos re demit. ¶Apoc. v. ¶Redemisti nos ds̄ ī sā guine. ¶Caros ergo nos habet quia care nos emit. ¶Tercō in p̄miū beate remu neratōnis: q̄ ip̄e est tota merces. Johā. xvii. ¶Hec ē vita eterna vt cognoscant te solū deū verū et quē misisti iesum christū ¶Ubi nota de ioseph q̄ dedit bēiamī fratri suo vterino duplicē partē. ¶Christ⁹ aūt est frater noster ex vtroq; pente qđ nō p̄uenit angelis. Heb. ii. ¶Nusq; enim āgelos ap̄prebēdit sed semē abrae ap̄pre bēdit. ¶Et ido duplicē ptem nobis p̄fert. angelis aūt solū vnā: q̄ in aīa et in cor pore nos glorificabit. Jo. x. ¶Ego veni vt vitā bēant ⁊ abūdanti⁹ bēant: scz q̄z an geli: q̄ in aīa et ī corpe beati erim⁹. ¶Esa. vj. ¶In terra sua duplicia possidebūt. ¶Tercio debem⁹ eū reuerent̄ suscipe ppt vtilitatē. q̄ venit nobis ad nostrā vtili tatē: tant⁹ enī et talis rex dignat⁹ ē veni re in carne et tot labores sustinere ⁊ tan tā mortē: solū ppter nostr̄ p̄modū. ¶F ¶Ubi nota q̄ rex iste venit nobis. xii. modis. ¶Primo venit vt vita ad nos viuificandū: q̄ oēs in peccatis mortui eramus. iohā. x. ¶Ego veni vt vitā bēant Itē ego sum panis viu⁹ qui de celo descē dit si q̄s mā. ex hoc. pa. vi. in et. iohā. vi. ¶Secūdo venit vt lux ad nos illuminan dū: q̄ oēs in tenebris habitabam⁹. esa. ix. ¶Habitantib⁹ in regione vmbre mor tis lux orta est eis: puulus enī nat⁹ ē no bis et filius datus ē nobis ¶Tercō ve nit vt medic⁹ ad sanandū: q̄ magn⁹ vbi q̄z iacebat egrotus. vnde medicinas sa lutares scz sacramēta ecclesie īstituit om nē morbū expellētia. ¶Quarto venit tanq̄z gigas ad nos ḋ potestate dyabo li eripiendū: q̄ oēs a deo detinebamur.

Coll'j.c. Qui eripuit nos ō potestate tenebrarū.i.demoniū:et trāstulit in regnū dilectōis filij sui. Luc.xj. Cū fortis armatus cust.atri.su.in pace sunt omnia que possidet. ¶ Quinto venit tanq̄z iultus ad opa dyaboli destruēda:et nos p gratiā iustificandū:q2 omnes peccatores eramꝰ diuina misericordia indigentes. vt dr Ro.xxxj.c.a.obā.ij. In hoc apparuit filiꝰ dei vt dissoluat opa dyaboli.ro. vj. Uetus homo noster.i.pcupiscentia mali sil'crucifixus est cū cristo ut destruatur corpus peccati.i.pgenies peccatoꝝ Unde in pmissa.zach.pphetia dr. Ecce rex tuus venit tibi sanctꝰ et saluator.

Sexto veīt tāq̄z ignis ad corda nostra igne spūssancti inflāmādum:q2 omnes ppter inabundantē maliciā infrigidati eramꝰ Math.xxiiij. Quoniā abūdabit malicia refrigescet caritas multoꝝ. hoc frigus christus venit expellere. Luc.xij. Ignē veni mittere in terrā. Et ido in spē ignis spūtūsanctum sup ap'los misit.

Septimo venit tanq̄z redemptor ad p̄cūi p2o nobis soluendū et nos libertati restituendū:q2 omes vt obsides p2o debito primoꝝ pentū in carcere inferni detinebamur. ps.lxviij. Que nō rapui: sc3 in cruce tunc exoluebā. Quia qui peccatū non fecit: penā peccatoꝝ sustinuit et exoluit:et p̄sequēs nos liberauit. ioh. xviij. Si filius vos liberauit veri liberi eritis gal'.iiij. Itaq3 iam nō sumꝰ filij ācille sed libere. sup. matris ecclesie q̄ libertate christus nos liberauit. ¶ Octauo venit tanq̄z mediator ad nos patri reconciliandū et pacificandū: q2 oēs inimici dei eramus. Ro.v. Cōmendat deus caritatē suā in nobis: q̄niā cū inimici essemus reconciliati sumꝰ deo p mortem filij .i.suu iob.x. Medius aūt veīt3 stetit.s.corā deo ad nos reconciliandū. Ipse tanq̄z mediator recepit vulnera que deus humano generi inferebat. Esa.luj. Uulneratus est ppter iniq̄tates nostras.attritus ste ppter scelera nostra. Unde i eiꝰ natiuitate angeli cecinerūt pacē sanctaz dicētes.et in terra pa.bo.lu.ij. ¶ Nono venit tanq̄z thesaurus ad nos veris diuicius p̄ditandū et replendū: q2 omnes mendici eramꝰ Coll'.u. Ipse est in q̄ sunt omnes thesauri sapiencie et sciencie dei abscoditi Ro.viij. Quomodo nō etiaz cū illo. s. xp̄o omnia nobis donauit. Profecto qui nō habet deū nihil oīno habet:et qui habz deū p̄diues est. Aug. Habens aurū in archa diues nō est. habēs deū sine pecūnia diues est. io.iiij. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterū:qui autē biberit ex hac aqua quā ego dabo ei nō sitiet in eternū. ¶ Decimo venit tanq̄z clauus ad nos:i vna fide et cultura vnius dei.et vna lege et vna ecclesia insimꝰ vniendum:q2 diuisi eramꝰ in omnibus sup2adictis: et alius sic et alius sic ibat. Jo.x. Alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili:et illas optet me adducere et vocem.m.au.et fiet vnū ouile et vnꝰ pastor. ¶ Undecimo venit tanq̄m deꝰ ad humanā naturā exaltandū:q2 valde depressi eramꝰ. Qui enī dominī omnū cōstituti fueramꝰ:sub elemētis mundi eramus seruiētes vt dicit apo ad Gal'. iiij. Et vide quantū exaltauit eā.q2 deus factus est homo.et hō veraciter est deus: et ideo extunc angelꝰ recusauit ab hoīe adorari.vt patet apoc.xxij. quādo āgelus dixit iohanni volēti se adorare. Ui de inq̄t ne feceris cōseruus enī tuus sum et p̄fratrū tuoꝝ. ¶ Duodecimo veīt tāq̄m.dominꝰ ad nos in ciuitatē nostraz celestē reducendum:a qua omnes exulabamus. iob.xii Ego si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipsum:id ē hominē qui cū omnibus p̄municat. ephe: iiij. Ascendēs christꝰ in altū captiuā du

xit captiuitatē: dedit dona hominibus.
¶ Quarto debem⁹ eū suscipe reueren
ter ꝓpter māsuetudinē. q⁹ cuz sit rex celi
et terre venit tamē humilis ⁊ māsuetus
similis nobis cum lege mansuetudinis
et amoris. ¶ G ¶ Et hoc quidez sat̄is
ꝯgrue ꝓpter q̄ttuor ¶ Primo ꝓpt̄ sa⁊
lutem quā venerat dandā. nō enī tūc ve
nit ad mundū iudicandū sed saluandū
ioh. iij. Nō enī misit deus filiū suū ī mū
dum vt mundū iudicaret sed vt mūdus
saluaret̄ p ipm. Quādo enī ad iudican
dū venerit tunc cū maiestate magna ve
niet et virtute. Talus aūt in humilita⊼
te ꝓsistit ioh. xxij. c. Qui humiliatus fu
erit erit in gl̄a. Ut ergo ostēderet salu⊼
tē anime in humilitate ꝓsistere. ido hū⊼
liter venit. ¶ Math. iij. Sic decz nos im⊼
plere omnē iusticiā. i. omnē humilitatez
¶ Sc̄o ꝓpter exemplū q̄ nos venerat
informāduz et docendū. Ipe enīz venit
nos docere contempnere mundū ⁊ mū
dana: ergo vt nos veraciter doceret et ī
formaret debuit ipse ꝓspera mūdi dspi⊼
cere et humiliter ambulare. phi. ij. Hum⊼
liauit semetipm formā serui accipiens.
Et ideo postq̄z lauerat pedes discipulo
rū dixit. Exemplū enī dedi vobis vt q̄m
admodū ego feci: ita et vos faciatis. io⊼
hā. xiij. ¶ Tercō ꝓpter diuinā virtutez
monstrandaz: q⁹ si cū potencia. ut reges
mundi venisset: cōuersio fidelū attribu
eret̄ potencie armoz et non virtuti diui
ne. sicut patet de cultura deoz quaz ro⊼
mani ꝓncipes violenter per potenciaz
armoz in totū mundū induxerūt ¶ Pro
pter hoc etiā elegit ꝓtemptibiles perso⊼
nas ad sui comitatū vt totū dei virtuti
ascribat̄. j. coz. j. Videte vocatōnem ve
strā fratres q⁹ nō multos sapientes scōm
carnē sed que stulta sunt mūdi elegit de
us. In quo apparet q⁹ christus vere fuit
deus qui sic abiecte venit. et tamē totuz
mundū ꝙuertit a ritu nociuo et vsitato
ad fidem arduā intelligendaz et fortem
opandā. Ex quo soluit q̄stio de macho⊼
meto qui multos ad suā fidē conuertit.
q⁹ ritus ille facilis est ad intelligenduz
et opandum. et ideo multos attraxit.
¶ Quarto ꝓpter ꝯgruū attractatuū
ostendendū. Vi. enī cū potēcia venisset
fuisset a nobis timore habitus poci⁹ q̄z
amatus. timor aūt nō est ꝙnies attra
ctiuuz ad deo seruiendū: sed amor. Naz
qui ex timore seruit nō meret̄ sed qui ex
amore. imo pfecta caritas foras mittit ti
morē. vt dr. j. ioh. iiij. Et ideo mansuetus
et humilis venit vt a nobis poci⁹ amet̄
q̄z timeatur. et nos ad se p amorē attra⊼
hat. Hier. xxxj. In caritate ꝑpetua dilexi
te. ideo attraxi te miserans. ioh. vi. Ne⊼
mo p̄t ad me venire nisi pa. q̄ mi. m. tr.
eū p amorē: sicut attrahit̄ ouis dum ra⊼
mus viridis ei ostendit̄ vt dr Aug⁹. ꝛc.

¶ Sequitur tractatus

¶ Ih ¶ Circa aduentū filij dei siue ī carna
tōem sex videnda sunt ¶ Primo an fili
us dei fuisset incarnat⁹ si homo nō pec⊼
casset. Et dicendū q⁹ sic ꝓbabiliter. Naz
si homo nō peccasset fuisset incarnatus
ad ꝙplementuz beatitudinis hūane vt
homo esset beatus in aīa et in corpore.
Nā beatitudo hoīs in cognitōe hūani⊼
tatis et diuinitatis xp̄i ꝓsistit: iuxta illd
ioh. xvij. Hec est vita eterna vt cognos⊼
cāt te solū verū deū et quē misisti iesum
xp̄m. Nō aūt fuisset incarnat⁹ ad patiē
dū p hoīe sicut postea principalit̄ fuit.
¶ Sc̄o videndū ē quō ds dr venisse in
mundū cū ipe sit vbilibz. c⁹ rō est q⁹ ipe ē
bonū ifinitū oīa bona ī se ꝙtinēs ⁊ ipe ī
oībus consistēs: et ido oportet q⁹ vbiq⁹
q⁹ sit. Aug. ī De⁹ ē vbiq⁹. ē enī intra omia
nō iclusus: extra oīa nō exclusus: supra
oīa nō eleuat⁹. Et dicendū q⁹ fili⁹ dei dr
venisse ī mundū inq̄ntū nouo mō cepit eē

in mūdo quo ãte nō fuerat.s.p carnis assumptōnē. Et ꝓpterea vocat aduēt⁹ filii dei in carnem. Tercō videndū ē cū scōm aug. indiuisa sint opa trinitatis: cr̄ō est q: cū opatio ꝓcedit ab eētia vt dr. philosoph⁹. et vna sit essentia in ṫnitate diuina. optet q in ea sit vna opatō. Quare ergo fili⁹ dr incarnat⁹ ⁊ nō pater nec spūssanct⁹. Et dicendū vt dr. aug. q tota ṫnitas opata ē incarnatōem et oīa hūana opa xp̄i dr fecisse. Sed q: in ṫnitate ē relatio realis ꝓstituēs siue distinguens realiter psonas diuinas. iō psone diuine sunt distincte adiuicē et vna nō ē alia. q: pater nō ē fili⁹ nec spūssanct⁹. et aliquid ꝓpetit vni qđ nō ꝓpetit alteri. Sicut generatio ꝓpetit patri ⁊ nō filio nec spūsancto. et ꝓcessio ꝓpetit spūsancto et nō patri l' filio et gigni eternalit et incarnari tpaliter filio et nō patri l' spūsancto. Et ad hoc videndū pono duo exempla. Unū p laicis inꝑdicatōe. et aliud p clericis in sermone. Exemplū p laicis est scriptura alicui⁹ carte. Scriptura ei alic⁹ carte opantia sunt cor: imaginatō et manus. q: cum oīs motus sit a corde man⁹ nō ꝑt scribere nisi moueat a corde. Siliter si imaginatō. nō imaginaretur drnās corꝑm lrārū nūq̄z manus scriberet. De manu manifestū ē. Et tamē q̄muis hec tria opācia sūt scriptura: tamē sola man⁹ dr scribere ſz nō cor l' imaginatio. Sic est in ꝓpositō q q̄muis tota ṫnitas sit incarnatōem opata et alia opera hūana xp̄i. tamē sol⁹ filius dei fuit ĩcarnatus: mortu⁹: et sepultus: surrexit ⁊ ascendit in celū. Exēplū q̄ntū ad clericos est in silogismo. dicat sic. Quis hō habet animā petr⁹ ē hō. ergo petr⁹ hz animaz. Manifestū est q hāc ꝓclusiouē: scz petr⁹ habet animā fecit volūtas mēoria ⁊ intellectus siue rō. q: si volūtas noluisset silogisare. ꝑdicta ꝓclusio nō esset babita. et si mēoria nō retinuisset ꝑmissas nō assensisset ꝓclusiom. et si rō non silogizasset nō haberet ꝓclusio. et tamē q̄muis hec tria opent ꝓclusionē. tamē sola rō dr silogizare. Quile est in trinitate circa incarnatōem filij dei. q: incarnatō solo filio dei ꝓpetit. ¶ 4. ¶ Quarto videndū est quō filius dei fact⁹ est homo. Et dicendū q p assumptionē anime et corporis factus est hō ex q̄bus homo ꝓstat. Sed cauendū ē hic q: ex vnione amie ⁊ corporis ꝓstituit psona humana. q̄ dicitur hō: sz in xp̄o nō fuit sic: sed soluz fuit ibi psona diuina et non hūana. q: vnio duaꝝ naturaꝝ facta est ī vna diuina psona et nō duaꝝ psonaꝝ in vna natura. Sic ergo psona v̄bi dei ex eo q assumpsit animā et carnē ex quib⁹ ꝓstat homo facta est homo natura hūana que semp est verus dr in natura diuina: et idō qđ erat ꝑmānsit. et qđ non erat assumpsit. Unde fili⁹ dr ſm naturā hūanaz opat⁹ est oīa hūana et natiuitatē ⁊ mortem. et scōm diuinā opatus est omīa opa que solus poterat facere. Nō āt p ꝓriū accidit in morte: q: nō dicit fili⁹ dr mortuus fuisse ex eo q dimiserit animā et carnez quas nunq̄m dimisit: sicut dr factus hō eo q corꝑ⁹ ⁊ animā assumpsit. Sed dicitur mortu⁹ fuisse ex eo q sepata est aīa a carne sicut alij boīes ex eo q sepat aīa a carne mori dicunt. ¶ 5. ¶ Quinto videndū est quare solus filius dei dicit incarnat⁹ et non pat̄ nec spūssanct⁹. Et dicendū q incarnatio ꝓpetit filio et non patri nec spūsancto. Ider incarnatiōez emī filius dei factus ē filius v̄ginis. ſz de rōe filij est q generet̄ et nascat et bēat patrem ⁊ matrē. qđ nō ꝓpetit patri nec spirituscō ſz solū filio. Et iō fili⁹ dei eternaliter genit⁹ a patre: cepit in tpe brē matrē: et ex ea nasci. et q: oīa q̄ ad rōez filiatōis ptinēt: ei ꝓpetūt ⁊ nō patri l' spūscō

ido sol⁹ ipe debuit icanari. Jte filiꝰ di ē di vtus ⁊ dei sapia: oia ordinās: ⁊ oia p ficiēs. vt dr. j. cor. j. Si ergo pat veilz un mundo ad docēdū boies ⁊ patiēdū p eis et filiꝰ remāsisset in celo ad gaudendo: fu isz valde vituposuz filio. et io deces fu ut vt filiꝰ veiret in mūdū ad pficiēdum oia et ad ordinādū tāqz di vtꝰ ⁊ di sapi ētia: vt sicut ds pat p ipm fecerat boiez ita p ipz reficeret. Spūiscō ār nullo mō incarnari ꝓpetebat. qz ipe hz a carnali bꝰ ad celestia eleuare. Ezech. viij. Et ele uauit me spūs inter celū et terrā. Unde si ipe fuisz ūmrtꝰ carni ⁊ carnalibꝰ: fecis sz ꝓ naturā sps ⁊ io no decebat ipz incar nari. ¶ A ¶ Verto videdū est qre fuit necessarū filiū di incarnari. qz sicut solo vbo fecit mūdū ⁊ boiez ita solo vbo po tuit eū reficere. Et dicent ꝑm aug. Deꝰ no respicit qd possit facere sz qd deceat ipm facere et sit ꝙueniēs rōni et nature rei. Et ꝑm hoc fuit ꝙueniēs filiū dei icar nari multiplici rōe. ¶ Primo rōe ma nifestatōnis misericordie diuine. Naz ante aduentū filij dei ds maifestauerat valde iusticiā suā et no miaz nāvsz tunc in toto mūdo iusticia regnabat. qd pa tet ꝗntū ad omnē locū: ad oēm ꝓplm: et ad omnē psonā. Quātū ad omnē locuz patet q iusticia regnabat: qz in celo vnd eiecti sunt āgeli. In aere vbi piecti sunt demones. In padiso vnde eiectꝰ est hō. In mundo vbi factū ē diluuiū. In lībo vbi detinebant patres p peccato primi pentis. In purgatorio vbi purgabant iusti. In inferno vbi tormentabātur dā nati. Et sic mia alicui no regnabat nisi ī celo respectu remanētiū āgelorꝝ. ps. rrr v. Domine in celo mia tua Idē patz ꝗn tū ad oēm ꝓplm. nā in ꝓplo gentili mags iusticias exercuit ds. et multis pestilen cijs ipm tradidit vt patet in pharaone et exercitu eiꝰ: q oēs submersi sunt i ma ri. vt patet exo. rriij. Jtē patet in exerci tu sennacherib. de q āgelus domi. Idil le octoginta ꝗnqz sil interfecit. vt pz esa. rrrvij. Et que maior pestilētia ꝗm esse sub ptāte demonū et ydolis imolare qō ꝓplus gentilis āte aduētuz filij dei facie bat. In ꝓplo etiā dei sez iudaico magnas iusticias inter multa beneficia exercuit ds. nā sexcenta milia que egressa sunt d egipto, pstrata sunt in deserto et a serpē tibus et igne ꝓsumpta. et solū duo traz ꝓmissionis intrauerūt. Proinde tradi te sunt plures pene vsqz ad ꝓsummatō nē i manꝰ inimicorꝝ. Id pz ꝗntū ad oēm psonā. nā nō valebat fides. qz abraaz fi delis ⁊ oēs patarche ad inferos descen derūt. Nō lex l' ppbetia. qz moises ⁊ oēs ppbete illuc ibāt. Nō dignitas sacerdo tal' l' regalis. qz aaron et dauid ⁊ oēs sa cerdotes illuc descēderūt. Nō sapia vel fortitudo. qz salomō et sampson ⁊ omes sapientes et fortes ad inferos sunt detra cti. Nō sanctitas vl' iusticia. qz iob tho bias ⁊ etiā iobannes bap. ⁊ oēs iusti il luc ibāt. Job. uij. Ubi ꝓstituta ē domus oi viuēti. Set vbi venit plenitudo tpis. sez incarnatōnis filij di. misit ds filiū su uz in silitudinē carnis peccati. cuz sacco grē et mie pleno. qbꝰ totā terrā repleuit ps. xxxj. Misericordia domini plena est tra. Que maxime in incarnatōe filij dei demōstrata ē q apparet ī celo qō ab boi bꝰ possidet in terra q illuminata ⁊ scifi cata ē ꝑsentia saluatoris: in inferno qui fuit euacuatꝰ in oi ꝓplo ⁊ in oi psona. qz qcunz q volūt possunt saluari ⁊ celū intra re. j. thi. iij. Qui vult oēs boies saluos fi eri. Dia ergo regnat sup oia opa dei. ps. cxlmj. Miserationes eiꝰ sup oia opa eius. ¶ Ad ¶ Secdo rōe iuste satisfactu onis. nā pcm hūane nature qd in ones trāsit fuit ꝗdrupli: infinitū. Primo qa ꝓ infinitū bonū ꝓmissuz. Secdo qz infinitus

bois nos ꝓuauit.s.iustica origiali ⁊ sta tu inocēcie.⁊ grā et gl'a dei. Tercō q: infi nitos infecit ⁊ inficit ꝑpt̄ qd oēs nasci mur filij ire. Eph.ij. Eram⁹ natura filij ire. Quarto q: infinitis mal'nos addixit job.xiij. Homo nat⁹ d̄ muliere ⁊c. repleē mltis miserijs. Cū ergo d̄s sit iustissim⁹ et nihil īpunitū relinq̄t: et non possit ad ordinē reduci iusticie nisi p satisfactōem ꝓdignā. optuit q̄ aliq̄s satisfaceret c⁹ me ritū esset infinitū. et q̄ esset supra totā na turā sicut peccatū totā naturā corrupat Null⁹ āt pur⁹ hō ꝑt esse meriti infiniti nec supra totā nātam imo oēs sunt meri ti finiti et infra naturā. et iō optuit q̄ ta lis ess̄ d̄s. De⁹ āt nō peccauit ex hō. Et iō vt iusta fiēt satisfactō optuit q̄ ēet d̄s ⁊ hō sit. de⁹ q̄ posset ⁊ hō q̄ deberet. Et iō optuit filiū dei incarnari. ut in nāta hu mana iuste p hoīe satisfaceret. in q̄ appa ruit maxima caritas dei. q: cū in tota na tā null⁹ inueniret q̄ posset satisfacere vo luit filiū suū assumere carnē. vt p hoīne satisfaceret Ro. ꝑpter nimiā caritatē q̄ dilexit nos d̄s filiū suū misit in mundū ¶ Tercō rōe sūme ꝓmunicatōnis. Bo nū ei vt di. Dyoni. est suij ꝑ⁹ ꝓmūicati uū. et q̄nto meli⁹ ē. tātomagis se ꝓmuni cat. ut ꝑz in luce q̄ oīa corpalia in boīta te excedit ⁊ iō magis se ꝓmūicat. Cuz ergo d̄s sit summū bonū. summe se nobis de buit ꝓmūicare. Sūme āt ꝓmūicatōis mo d⁹ fuit p ī carnatōis misterū. ¶ Quarto rōe deliderij natural'. Natale enim d̄side riū hois ē esse beatū. nec aliq̄d nāta patī tur esse frustra. q: demōstraret impfctō nē autoris nāe q̄d ē ipossibile. Hō āūt natal'ē desiderat eē beat⁹. Beatitudo āūt hoīs ꝓsistit in deitatis ꝓgnitōe et hūani tatis xp̄i. iob. xvij. Hec ē vita eēna ⁊c. Ergo ad ꝓplemētū et pfcōnē beatitudinis in q̄ sola natural'e desiderū hominis p ficiē et q̄escit: d̄s debuit incarnari etiaz si

hō nō peccasset vt dictū ē supra: et ⁊ id̄o sancti naturalit̄ aduētū xp̄i desiderabāt dicētes. Utinā dirūpes celos et descen deres. Esa. lxvij. ¶ Quīto rōe ꝓpassio nis vt.s. posset his qui tēptant̄ ⁊ affligū tur ꝓpati vt di. ap'lis ad heb. ij. Nobis aūt ꝓpati in nāta diuina nō poterat: et id̄o naturā hūanā decuit ip̄m assumere in qua his qui tēptant̄ ꝓpateret̄ et mise ricors fieret Hō aūt pena et afflictō be ne cognoscit nisi p experientiā: et id̄o assū psit carnē vt penas nostras expiret: ⁊ p ꝓseqūs nobis ꝓpateret̄ et misericors fie ret. et ab ipis peis tād nos liberaret. Debuit enim p oīa fratrib⁹ assimilari vt miseri cors fieret heb. ii. ¶ Sexto rōe repletō nis: sicut. n. nec frustra aliq̄d ita nec va cuū ꝑt ꝓsistere in natura. Manifestuz ē āt q̄ demones de celo cadēdo māsiones eorū vacue remāserūt: q̄ p solū meritum filij dei fuer̄t hominib⁹ p̄pate. iob. xmj. In domo pa. m. mā. mul. sunt. scz vacue si quo min⁹ dixissez vobis q: vado pare vobis locū. Optuit ergo filiuz dei incar nari: vt in carne assumpta mereret̄ no bis illarū mansionū adeptōnē. et sic re plerent̄. Et id̄o dicūt theologi q̄ tantuz durabit mōs adminus donec ille māsi ones ab hominib⁹ repleant̄. q̄muis gre. alit̄ dicat. s. q̄ tātū durabit mūd⁹ donec ibi sint homines in eq̄li numero āgelor Septimo rōe ꝓpletōis vt. s. oīs modus ꝓductōis boīs ꝓpleret̄. Hā ꝑm⁹ hō ꝓ duct⁹ fuit sine prē ⁊ mrē. s. adā. scōs. s. eua ꝓducta fuit ex prē ⁊ sine mrē. oēs alii ex prē et mrē. Restabat āt q̄rt⁹ mod⁹ vt q̄s ꝓduceret̄ ex mrē sine prē. qd̄ ꝓuit xp̄us in esse: et in hac q̄rta generatōne filii dei in terrā suā. s. an hirūm celestē p xp̄i meri tū redirēt. Sicut ī figura d̄s dixit abrae gen. iii. Generatōe autē quarta reuertet̄ ip̄lis me⁹ huc.

Sermo .II. de ep̄la.

Scientes qz hora ē iā nos de somno surgere ro.xiii.Cōsuetudo ē quādo aliqs magnus dominꝰ venit ad aliqz terrā alienā.q homines illiꝰ terre dirigunt nūcios ad exquirēdū quādo dominus iste fuerit ppe terrā:et tūc milites et pedites ornati pgāt ei obuiā ipm hōorifice recepturi. Quia ergo ꝑm repsentatōem ecclesie.rex noster xps filiꝰ dei rex celi et terre in primo est: vt descendat ad nos nobis maxima donaria largiturus:ido aplūs in ꝑsenti epistola tanqm nūcius et speculator ecclesie affirmat dicēs Scientes quia hora ē iā vt surgamus ⁊ nos ꝑparemus et occurramus in occursuz obuiam saluatori nostro.Amos.iiij.capi. Prepare in occursuz dei tui israel. Qz et si scōm carnem nō sit modo uenturus ad nos:tamen veniet in mentē si eximus ꝑparati.Job.xiii.Ad eum veniemus ⁊ manst.apd eū faciem. ¶ Circa hāc pre patōez.aplūs in ꝑsenti epla q̄ttuor facit. Primo ergo nos hortat vt surgam⁹ et ꝑpem⁹ nos ad occurrendō regi nrō i ꝑncipio eple.Scdo duas cās assignat q̄re ē surgendō et regi nrō obuiādū ibi. Nūc enim ꝓpior est nrā salus q̄z cū credidim⁹ Nox ꝑcessit dies aūt appropinq̄bit.Tercio inducit volētes occurrere vt indigna nō induāt ad digne occurrendū tāto regi ibi.Abiciam⁹ ergo opa tenebrarū et induam⁹ arma lucis.Quarto ostendit que sint indigna ornamēta in quib⁹ ei occurrere nō dēm⁹.et que digna in quib⁹ ei humilē est obuiādū ibi. Nō in comessationib⁹ et ebrietatib⁹ ⁊c. sz induimini dominū ihesum xp̄m. ¶ Primo ergo apostol⁹ hortat nos vt surgam⁹ et ꝑpemus nos ad occurrendō obuiaz regi nrō di. Sciētes qz tps ⁊ hora ē vt ō somno torpis et negligētie surgam⁹ ut occurram⁹ obuiā saluatori nrō.puer.xmj. Usqueq piger dormis.Itē sicut hostium vertit in cardine suo.sic piger in lecto suo.In eo dē.xvi. Maxime āt surgendō ē a somno culpe et peccati.ephe.v.Surge qui dormis et exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xps. ¶ Designat aūt peccatum p somnū ꝓpter quinqz. Primo qz sicut somn⁹ reddit hominē insenbilē sic peccatū.puer.xxiii. Traxerūt me et ego nō sensi.verberauerūt et ego nō dolui.Trahit hō a demone cui⁹ seruus fact⁹ est alias nō auderet eū trahere.et nedū trahit. sz et hoc nō sentit. Hoc figuratū fuit i.iii. reg.vi.de militib⁹ regis surie q̄s heliseus duxit in samariā pcuciēs cecitate.q̄s rex israel volēs occidere sed heliseus non p misit. Ita demō postq̄m traxerit hoiem ad peccatū statiz vellet occidere et ducere in infernū.sz ds nō pmittit ex magna mia.Tren.iii.Misericordie domi m̄te q̄z.nō sum⁹ cōsupti.et nō solū trahit sz etiaz vberat et vulnerat letaliter et tot⁹ expoliatur.Luc.x.ca. Qui etiam despoliauerunt eum et plagis impositis abierūt semiuuo relicto. Et tamen non dolet. imo letatur quod p:ius est. Proverbi. .ii.c. Letant cum malefecerint et exultāt in rebus pessimis. ¶ Secundo quia sicut somnus est quedam imago mortis et anima in peccato manens mortua ē. quia sepata est a vita vera scz deo qui ē beata vita animarum.ioban.xi. cap̄lo. Ego sum resurrectio et vita. Vera mors quam nō timent est sepatio anime a deo qui ē bta vita aiaz. Et nō dr ī p̄s. Mors pctōz pessima. ¶ Tercio qz sicut somnus reddit hoiez sil̄ez bestiis p tpe.illo qz di. phūs.i dumidio tpis.s.i q̄ dormim⁹ non differim⁹ a bestiis.ita pcīm:p̄s.xlviii.hō cū i hōre eēt nō intellexit.cōpat⁹ ē iumētis insipientibus ⁊ simil fact⁹ est illis.Boe. Hoīs ista cōditio ē vt si se nosse desierit

infra bestias redigat. Sicut ergo ligat bestia ⁊ ducit ad macellū ita ligat pctor et ducit ad infernū. puer. v. Fumb⁹ peccatoꝝ suoꝝ qsqz pstringit. math. xxij. Ligatis mamb⁹ et pedibus mittite euz in tenebras exteriores ¶ Quarto q⁹ sicut somn⁹ facit ea apparere q̄ nō sunt. ⁊ videtur dormiēti q⁹ sit eps et q⁹ habeat vestes pciosas et similia fantasmata generat. sic peccatū facit apparere ea q̄ nō sūt esa. xix. Sicut somniat esuriēs et ꝓmedit cū aūt fuerit expgefact⁹ vacua est aīa illius. sic erit mltitudo ōnū gentiū. Facit enim peccatū apparere vmbras ac si apperēt va bona. q̄ndo āt pctor fuerit excitat⁹. p penā tūc cognoscz q⁹ bona mōi sunt vmbra. Unde impii q̄ sunt in inferno dicūt illō sap. mj. c. Trāsierūt oia illa tanq̄m vmbra. Facit enim peccatū malū appare re bonū et ecōuerso ⁊ hoc sic. q⁹ corrum pit palatū rōnis aīme. aug. Palato nō sano pena ē panis q̄ est suauis. et oculis egris odibilis est lux que puris ē amabilis. esa. v. Ue q̄ dicitis malū bonū ⁊ bonū malū. ponētes tenebras lucē. et lucez tēbras. ponētes amarū in dulce. ⁊ dulce in amarum. Quinto sicut somn⁹ facit videri dormiēti illa esse vera pericula q̄ non sunt. et va picula facit eū nō timere vt si latro essz supra eū volēs eū stāgulare. sic peccatū facit peccatorē supra mod timere picula mūdi et dispēdia rex tpalia q̄ picula nō sunt. et va picula. scilz pdere vtutes et separi a deo ⁊ mori in anima nō timet. Pauptatem enim mūdi et abiectōem nimis timet. et pauptatez ⁊ pfusionē eternā nō timz. ps. xxiij. Illic trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Talis enim somn⁹ quo peccatores dormiūt est somn⁹ pfusionis et mortis. hiere. iij. c. Dormiem⁹ in pfusione nostra. Sic dormiuit sampson in gremio dalide et surrexit pfusus et vinctus ab ūmicis. iudic. xvj. Et iō talis somn⁹ est peni t⁹ dīserēd⁹. j. thes. v. Nō dormiam⁹ sicut et ceteri. sz vigilem⁹ et sobrij sim⁹. Surgamus ergo carissimi et obuiā eam⁹ saluatori nostro. Proverbiū ē. q̄ mane nō surgit dietam p⁹ ponit. Et sic patz ꝑmū ¶ Scō apostolus duas causas assignat quare surgendū est ⁊ regi nostro obuiandū. Prima sumit a ꝓpinquitate glē. scōa a ꝓpinquitate gcie. ibi. Nox pcessit dies aūt appropinqbit Dicit ergo sic. Dixi q⁹ hora est a somno surgendi peccati ⁊ pigricie vt obuiem⁹ regi nostro. q⁹ nūc nrā salus. scz deus qui ē sal⁹ eterna et glā beatoꝝ ꝓpior nobis ē q̄m esset. sup. ꝑmo cū credidim⁹. quādo. s. fidem recepimus. Quāto enim plus viuimus tāto ꝓximiores morti sumus in q̄ xps nobis bene opantib⁹ aduenit mercedē etnā redditur⁹. apoc. xxij. Ecce venio cito et merces mea mecū est reddere vnicuiqz iuxta opa sua. Jac. Cōfirmate corda vrā q̄niā aduent⁹ domini appropinquabit. Et est optuna ratō. si nō essemus valde corrupti q⁹ omnis mot⁹ vel naturalis vel volūtari⁹ mouet feruēti⁹ dū appropinq̄t fini. Unde pbūs dicit q⁹ naturalis motus in fine augmētat. sed violent⁹ remittit. Et greg. dicit sup illud iob. xj. Gaudentqz vehemēter q̄si effodientes thesaurū. Qui thesaurus fodit tāto āxi⁹ effodiēdo laborat q̄nto se thesauro appropinquare existimat. ¶ Uel salus eterna propior dicitur non a proximatione loci sed debiti. quanto enim post susceptam fidem plura bona operamur. tantomagis salus eterna appropinquat nobis et nos ipsi. ¶ Dathe. mj. ca. Penitenciā agite appinq̄t enim regnuz celoꝝ. iac. mj. appinq̄te dō et appinq̄bit vobis Scōaz rōem ponit dicēs. Nox pcessit. Sic enim nox ⁊ dies sūt ꝓtinua et vnū nō pt appinq̄re nisi alterū discedat

sic culpa et gratia. In infusione enī grē culpa expellit.et hoc est qō dr Nox p̄cessit.Surgendō ē enī q̄ nox p̄cessit.dies āt appropinquabit. Nox inq̄m culpe et infidelitatis ⁊ ignorantie quibus dormiebamus p̄cessit et per dei grām recessit. Dies aūt.i.illuminatō gracie appropinquauit sole iusticie mundū irradiante Malach.iiij. Timētib⁹ deum oriet̄ sol iusticie. Sic ergo patz q̄ surgere dēmus et ire obuiā.q̄ et glia eius et grā appropi quauit:grā facit nos surgere et ambulare ⁊ gloria trahit. Quid ergo moramur q̄ nō imus obuiā regi nostro. Ysich.ii Surgite abite: q̄ non ha.hic requiem. R ¶ Ubi nota q̄ q̄ttuor nos inducūt ad surgendū et eūdum obuiam christo. Primus est gallicantus diuine p̄dicationis.dum enim dies appropinquat galli cantare frequentant.et tunc viatores surgunt et in viam suam vadūt. Carissimi ecce nunc dies in quo omnes p̄lati et p̄dicatores p̄dicant.q̄ in hodierno euangelio eis mandat dñs dr. dicite vos sc̄z p̄dicatores filie sion.i.ecclesie fideliū vt surgāt ⁊ p̄parēt se ad obuiāduz regi suo qui venit ei mansuetus et benign⁹. Dicit.q̄ leo timet vocem galli. Ferocior ergo est leone qui vocem predicatoris nō timet.qui ē p̄co dei minās penam et p̄mittens glām. ¶ Secundū est tactus diuine correctōis. Viator.n.qui nō surgit ad vocem galli dēt excitari p tactum Sic deus hominibus qui ad verbū p̄dicatōnis surgere a peccatis et ad se redire nolunt aduersa euenire p̄mittit vt ad deū ire cogāt. Ore.Ysala q̄ nos hic premunt ad deū ire compellunt. Actu. xij. Percussoq̄ latere petri exci.e. dicēs Surge veni.et cōti.ce.ca.de manu eius Petrus in vinculis herodis. peccator in vinculis dyaboli.q̄ dñs ex latere p aduersa percutit.quasi equus calcaribus excitat⁹.surgit et ad deū vadit.et tūc vincula peccatoz̄ soluunt. Sic fuit tactus saul⁹ ⁊ surrexit paulus et ad deū rediit. actu.ix. Et bene di.ex latere: q̄ aduersa nō principali⁹ ⁊ dicē dns irrogat p̄tori sz ppter peccata et ido multū debemus timere peccare.et si nō ppter penas eternas saltem temporales quas deus propter peccata irrogat.et q̄s ppter merita auertit. Exēpluz de achab de q̄ dicit.iij. reg.xxi. Nōne vidisti achab humiliatū coram me propt̄ q̄ nō inducā malū in diebus eius. Hiere.xviij.q̄ si gens illa egerit penitentiā a peccato suo agaz et ego penitentiā. ¶ Terciū est dies diuine illustratōis q̄ satis est piger viator q̄ ⁊ si nō surgit ad cantū gallorz neq̄ dñ excitatur.nō surgit saltē orto iā sole. Cuz ergo dies gratie appropinq̄uerit vt dictuz ē.oīno surgere et ire xp̄o obuiā debem⁹ Esa.v. Ego sto ad ostiū et pulso si q̄s aperuerit mihi introibo ad illum.secunda corinth.vi. Ecce nunc tēpus acceptabile.ecce nūc dies salutis. Dinus ē acceptabile illud tempus quādo dns querit ad nos intrare qui est omne bonum.

¶ Quartum est strepitus ambulantium per viam recte opationis. Consueuerunt enim viatores ad strepitum ābulantium surgere et ambulare. Reducamus ergo ad memoriaz exempla seruorum dei quos deus de mortuis viuos fecit.tanquaz carbones succendit. sicut augustino fecit et tunc velocius surgemus et secure ad deum accedem⁹. Hoc fuit figuratum in turbis.de quibus dicit in euāgelio hodierno q̄ p̄scidebāt ramos d̄ arboribus ⁊ p̄sternebāt i via.p̄scid̄ de ramos d̄ arboribus ē accipe exēpla scōrū.p̄scidam⁹ ergo ramos obīe ab abraā ramū pnīe a dd.ramū fidi a petro.ramū dilectionis a iohanne. ramū hūilitatis a beata vgine.et sic de alijs. Et nota hic

q̄ turbe p̄scidebāt ramos arboꝝ fructiferarum sc̄z oliuarū et palmarum. Quiō pescidunt ramos arboꝝ ifructiferaruꝫ et siluestrium dum exemplu̅z accipiunt in peccato dauid etnō a penitencia.qui dicunt sicut dauid peccauit et penituit. sic et ego possū peccare et penitere.magdalena peccauit petr⁹ peccauit.paul⁹ peccauit.similiter ergo et ego possū peccare ꝛc. Et sic patet sc̄ōm. ¶ Tercio īducit apostolus volēt̄es christo occurrere vt indigna ornamenta abiciant.et digna assumant dicens.Abiciamus ergo opa tenebraꝝ.ꝛc. Si ergo tenebre recesserunt ergo opa illaꝝ debent recedere. ¶ S ¶ Opa ergo mala dicūt̄ opera tenebraꝝ ꝓpter quatuor. Primo q̄ ex tenebris ignorātie ⁊ errorꝭ oriunt̄ Philosoph⁹. Errant oēs qui peccāt sc̄z in assūptione minoris. Q̄ peccator dicit fornicari est malū.sed fornicari cū ista non videtur sibi malū.sed delectabile bonū. puer.ii. Omnis emptor dicit maluꝫ est malū est.cum recesserit gloriatur. Bap. v.c. Errauimus a veritate et sol iusticie nō luxit nobis. ¶ Secūdo q̄ tenebras querūt et in tenebris fiunt.iob.iij. Omnis qui male agit odit lucē. Job. xxiiij. capitu. Si subito videant auroram arbitrant̄ vmbrā mortis. ¶ Tercō q̄ in anima tenebras spūales inducunt.psal. lxxxi. Nescierunt neq̄ intellexerūt in tenebris ambulāt.j.iob.j.c. Qui odit frēm suum in tenebris est. ¶ Quarto q̄ ad eternas tenebras ducunt. Mathe.xxii. Ligatis manibus ⁊ pedibus.mittite eū in tenebras exteriores. Sed q̄ut dt beatus aug⁹.nō sufficit abstinere a malo nisi homo faciat qō bonū est.ideo postq̄ abiecerimus opa tenebrarū debem⁹ induere arma lucis sc̄z virtutes que aīaꝫ ornent et defendāt.in pugna spirituali. Eph.vi. Induite arma dei vt pos. stare aduersus insi. dyaboli.ii.coꝝ.x. Arma milcie nostre nō sunt carnalia.sed spūalia. Induamus ergo virtutes vt hoēste ābulem⁹ sicut in die.s.ī apto ad edificatōem ꝓximoꝝ. Math.v. Sic luceat luꝝ vrā cōrā hoīb⁹. vt videant opa vrā bona. Ephe.v. Ut filij lucis ambulate. ¶ T ¶ Nota q̄ virtutes et opa virtutuꝫ q̄ttuor bona efficiūt in hoīe put hic īnuitur. ¶ Primū est q̄ tanq̄ vestes opiunt multitudinē peccatoꝝ.i.pet.iiii. Caritas opit multitudinē peccatoꝝ. Et hoc sic innuit̄ cum dr. Induamur Vestes ei induunt̄. ¶ Scōm est q̄ defendūt hom̄ nem tā in vita q̄z in morte.tam in p̄sēti q̄z in futuro ab omnib⁹ animā ipugnātibus. Ecc.xxix. Sup scutū potētis ⁊ super lanceā aduersus inimicū tuuꝫ pugnabit. Tho.iiii. Elemosina ab omni peccato et a morte liberat et nō patit̄ animaꝫ ire in tenebras. Hoc innuit̄ cum dr. Arma. Arma enī defendūt. ¶ Terciū ē q̄ ornant et decorāt hominē ps.xliii. Astitit regina a dextris tuis in vestitu.deaurato circūdata varietate. Vestit⁹ deauratus sunt opa in caritate facta. Vestitus vero luto circūdat⁹ sunt opa extra caritatem facta. Varietate vero circūdatus est ornātus ille quādo abundat diuersis generibus bonoꝝ opm.puer.iii. Stragulatam vestem fecerunt sibi.id est variarum et multaꝝ virtutuꝫ. Et hoc sic innuitur cum dr Lucis. Lux enim ornat Est eniꝫ scōm phūm ypostasis coloruꝫ. Unde quādo mulieres volunt pulcre apparere tunc ornant se seu colorant. Quartuꝫ est q̄ fidelem exhibēt nobis societatem Ipse enim nō deserunt nos quādo alia oīa nos deserunt .s. in morte Diuicie:delicie⁊ hōres.⁊ oīa nos dserūt.apoc.xviii.opa eī illoꝝ secūt̄ illos.peccatores faciūt sic colūba mdificās ī fenestra vbi plēs pullos amisit.thesaurizāt

enī in mundo isto vbi oēs anteceſſores
ſui tantū theſaurū amiſerunt. Oſee. vii.
Effraim facta eſt quaſi columba ſeducta
nō habēs cor. i. ſenſum. Mundus iſte eſt
sacc⁹ ptusus ō quo ōr aggel. j. Qui mer
ces congregauit miſit eas in saccū pertu
ſum. Foramē mundi eſt mors p quā oīa
recedunt: et ideo nullo modo theſauri
sandū eſt in mundo. Math. vi. Nolite
vobis theſaurizare theſauros in mūdo
ſiue in terra vbi erugo et tinea demolli
tur: et vbi fures effodiūt et furant. The
ſauriſandū eſt ergo opibus bonis que
in celo ꝓſeruantur: t nunq̄z nos deſerūt
Math. eodem ca. Theſauriſate vobis
theſauros i celo: vbi nec erugo nec tinea
demollit: et fures nō effodiunt nec furā
tur. Et hoc innuitur cum dicit sic. Ut in
die honeſte ambulemus. In die sc̄z do
mini quando veniet ad iudiciū particu
lare in morte vniuſcuiuſq̄z: et ad iudici
um vniuerſale in fine mundi. Tunc enī
honeſte ambulat homo quando bonā
ſocietatez habet. Si ergo habuim⁹ ope
ra virtutum que ſola nos comitantur.
tunc in die domini honeſte ambulem⁹.
Et sic patet terciū. ¶ Quarto oſtendit
que ſunt indigna ornamenta que abij
cere debem⁹ ad eundum obuiā regi no
ſtro. ¶ Indigna vero ornamēta
ſūt opa mala que naſcunt ex duplici ra
dice. sc̄z ex carnis ꝓcupiſcētia. Et hoc sic
primo tangit cum dr. Non in comeſatio
onibus Et ex ſpūali malicia. et hoc sic tā
gitur ſecūdo cum dr. Non in cōtentōne
Ad hanc duplicē radicem omnia mala
reducuntur. Dicit ergo sic. Abijciam⁹
opera tenebrarū et induamus arma lu
cis vt honeſte ambulemus et ꝓcedam⁹
digne obuiam regi noſtro venienti: nō
ambulantes in cōmeſſatōnib⁹. Cōmeſ
ſatōnes ſunt mutue inuitatōnes et con
uiuia facta per ſimbola. que prohibz ſa

lomon prouer. xxiij. Noli eſſe in conui
uijs potatorum nec in comeſationib⁹
eorū qui carnes ad veſcendum cōferūt.
q: vacantes potibus et dantes ſimbola
cōſumentur. Et ebrietatib⁹. luc. xxj. Vi
dete ne grauentur corda veſtra crapula
et ebrietate. ¶ ✠ ¶ Ebrietas eſt nimia
potatō. a qua ꝓpter tria cauere debem⁹
Primo q: ad luxuriā ꝓuocat Prouer.
xx. Luxuriosa res eſt vinū et tumultuo
ſa ebrietas. Hiero. Venter mero eſtuāſ
facile ſpumat in libidinē. id eſt in luxuri
am. Secundo q: ſpūm ſuffocat. Oſee.
iiij. Fornicatio et vinum et ebrietas au
ferunt cor. Ido enī ebrius eſt quaſi beſti
a: et nō diſcernit Propt̄ qō noe iacuit ō
nudatus in tabernaculo. gen. ix. Et loth
cum filiabus dormiuit. vt patet in eodē
Tercō q: ſubſtātiaz minuit et annihilat
Ecc. xix. Oparius ebrius nō locupleta
bitur. Sic ānihilauit ſubſtantiam ſuaz
ille filius ꝓdigus viuēdo luxurioſe.
vt dicitur luc. xv. Neq̄z ambulemus in
habet impios. q3 scz nituñ ei in malo cõ formari. Hic cadit exẽplum cuiusdaz infirmi. qui videbatur sibi esse gallus q̃m nullus medicorum poterat curare: nisi quidam medicus qui simulauit se similiter esse gallũ. Et tunc infirmus accessit ad eum et oia q̃ medicus faciebat similiter & ipe faciebat. et medicus assumpsit medicinã sibi & ille. p quã liberatus fuit. Aunq3 mulier placet viro nisi ꝓformet se actibus suis vel. moribus. Et iõ vidue nõ libent assumuñt. q3 sunt aliox moribus ꝓformate. Tercũ est mũdicia puritatis q̃ p caritatẽ habeñ. ps. c. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Peccatũ reddit animaz nõ solũ immũdam sed leprosam. Unde peccatũ p leprã in scriptura ꝺsignat. Sicut ergo nullus dominꝰ vult ministrũ leprosum sibi ministrare imo abominat ipm. sic xps nullũ vult sibi mistrare peccato mortali infectũ. imo ex ipo misterio cõdemnat ipm. vt patet in ministris ecclesie. qui si in peccato mortali in sacramẽtis eccie deo ministrent mortaliꝫ peccãt Hic cadit exemplũ illius dnẽ tu dertine de qua gre. d. in dyalogo q cuz de nocte polluta esset a viro de mane ꝓcessit ad dedicatõem oratorij sancti sebastiani. & tetigit reliquias eius et statiz inuasa est a demone. Hãc imũdiciã peccatox caritas depellit. q3 ipa est ignis diuinus. q3 animã purificat & ꝓsumit rubiginẽ peccatox. puer. x. Universa delicta operit caritas. luc. vij. Remittuñ ei peccata mlta: q̃nã dilexit multũ. Quartũ ẽ actꝰ hũilitatis qui p subiectõem habeñ. ppriũ enĩ ministri est hũilitas & subiectõ. habz eĩ dominũ discalciare & equum ꝑparare & ei genu flectere. & in õni obsequio ei assistere Et iõ ꝓ naturã & rõnem mistri est superbia. Et hoc multomagis in mistris xpi debet obseruari non solũ hac rõe sz etiã quia doiꝰ eox hũilimꝰ fuit. ma. xj. Discite a me q3 mitis sũ & hũilis corde. Valde ergo monstruosuz ẽ & detestabile. q3 aliquis ꝺ mistris sit superbus & ambicõsus. cũ doiꝰ eox sit hũilis. Et iõ iesus discipulis suis ait math. ij. Quicunq3 int vos vult ma. fieri. sit mi. ve. Hecꝰ ẽ in mistris dyaboli. cũ ipe sit superbissimus. & iõ sicut ipe est superbus et ipi sunt superbi. Job. xli. Ipse est rex sup omẽs filios superbie. Hz in mistris xpi nullomõ ẽ tolerãdũ. ps. c. Nõ habitabit in medio domus mee q̃ facit superbiã. Hec hũilitas subiectõez hz q̃ndo. s. minister xpi vult subesse & nõ ꝓesse et omẽs alios reputat se superiores. j. pe. v. Non q̃si dnãntes in celo. Et iterũ Superiores inuicẽ arbitrantes. Phi. ij. Quintũ est patientie longanimitas q̃ p aduersox tolerantiã hẽtur. Debz enim mister sustinere correctões domini ꝺictis & in factis. et obsequia laboriosa tolerare. vt mercede retributõis nõ careat. ij. coz. vj. In omnibꝰ exhibeamꝰ nosmet sicut dei ministros in mul. pa. Job. xiij. Etiam si occiderit me in ipo spabo. Ad minister xpi debz facere sicut canis q̃ li expellitur p vnũ ostiũ statim redit per aliud Nõ coronat xps aliquẽ ministrum suum: nisi sit ꝓbatus in patientia aduersarioz. sicut rex terrenꝰ nõ dat ciuitatẽ militi nisi multa aduersa p eo sustinuerit: & paratus sit sustinere. Iac. j. Beatꝰ vir q̃ suffert temptatõem. q̃niã cum ꝓbatus fuerit accipiet coro. zc. ij. thi. ij. Nemo coronabit nisi q̃. le. cer. Sextũ ẽ negotiatõ fidelitatis que p sincerã dilectõem hẽtur mat. xxiij. Quis putas ẽ fidelis seruus & prudẽs q̃m ꝓstituit dominꝰ sup familiã. Quoniã ei minister hz sincerã dilectõem ad dominũ tũc ei negotia fideliter agit: alias q̃rit vtilitatẽ ppriam & nõ domini & tũc valde a dnõ diligit & cariꝰ hẽtur ecc. xxxij. Est tibi seruus fidelis sit tibi qua

si anima tua. Et nota q̄ merces nō retri
buit̄ ꝑm multitudinē negotiōꝝ. sz ꝑm fidē
litatē. mat. xxv. Quia sup pauca fuisti fi
delis supra mul.te. ꝓstitu. Septimū est
strenuitas velocitatis que p solertē di
ligentiam hētur. Quando minister xp̄i
solicit⁹ ē ⁊ velox i mīsterio suo accept⁹
ē illi. sicut minister solicitus et velox ac
ceptus est regi ⁊ dnō terreno puer. xxij.
Vidisti virꝝ velocē in ope suo. coꝝ regi
bus stabit Econtrario ē de pigro quia
ministꝝ negligentē et pigrū dominus li
benter expellit ⁊ cū magnis iurgijs susti
net eū. Ecc. xxij. De stercore boū lapida
tus est piger. i. vilissima obiurgatione.
Sic de muliere pigra que p totā septi
nam nō purgat domū nisi in die sabba
ti ⁊ domus eius viꝺ quodā stabulū
sic sunt multi clerici circa officiū diuinū
valde negligentes nec attēte. nec tpe su
o dicētes. Aliqui sūt qui officiū diuinū
nō dicūt nisi die dominica. et ecclesiā di
tenent sicut aliā domum ꝯ. hiere. lxvnj.
Maledictus vir qui facit opus suum.
negligēt. iob. ij. Auferte ista hinc ⁊ no
lite facere domū patris mei do. ne. Se
culares vo dnī aīas suas purgant semꝫ
in anno. et magis sunt solicīti de seruicio
equoꝝ suoꝝ q̄z de seruicio dei. Se
cundo videndū ē in quo xp̄us vult sibi
ministrari. Et dicendum q̄ in tribus si
bi a nobis et mīstrari ⁊ seruiri ꝑt. Pri
mo in solerti custodia nostri Habac. c.
.ij. Sup custodiā meā stabo. Quilibet
hō q̄dā cītas dei ē. iuxta illō. ps. lxxxvj.
Gloriosa dicta sunt dē te ciuitas dei. In
qua deus sponsaz ⁊ filiā suā. i. aiam ad
ip̄ius imaginē creatā collocauit ab ho
stibus custodiēdā. q̄ huic ciuitati diuer
sa ꝓtinua mouent plia Iob. vij. Mili
a ē vita hoīs sup terrā In hoc ergo xp̄o
ministrare dēm⁹ vt sponsaz suā. i. aiam
mā nrām et ciuitatē suam ita custodia
mus ne ab hoste capiatur. et in captiui
tatem inferni ducatur. ij. thi. ij. Labora
sicut bonus xp̄i ihesu. Sic militauerat a
postolus qui dicebat. ij. thi. iij. Bonuz
certamen certaui. cur consumma. fi. ser.
Secundo in fideli ⁊ vtili vsu. virtutum
et donoꝝ nobis collatoꝝ. sicut di. iob.
.j. c. Quilibet homo egreditur nud⁹ ex
vtero matris sue. Et phūs di. q̄ anima
nascitur sicut tabula rasa. Et a nobis pe
nitus nihil habemus. sed omnia bona
nobis adeo donāt. j. Coꝝ. iij Qd̄ bēs
qd̄ nō accepisti. Sic ergo xp̄o mīstrare
debemus vt virtutibus. ⁊ gracijs nobis
concessis laudabiliter vtamur ad dī ho
norem ⁊ ꝓximi vtilitatē. Et ideo nō de
bemus abscondere bona dei vel inutili
ter tenere. quia iste seruus qui abscon
dit pecuniam domini sui condemnat⁹
est. vt patet. lu. xix. Domine ecce mna
tua quā habui repositaz ī sudario. Sic
bene vsus fuerat ille bonus seruus qui
dicit. Dnē quīqz talēta tradidisti mihi.
ecce alia q̄nqz suplucratus sū. mat. xxv.
.ij. pet. j. Ministrate in fide vīā vtutē et
opa fructuosa. Ue ergo illis q̄ boīs ad
dī ipsius uituperium et ꝓxī nocumē
tum vtuntur Tercio in subuentione se
ruoꝝ xp̄i opera pietatis eis exhibēdo
et quantum ad corpus ⁊ quātum ad aī
mam Hec enim sunt opera pietatis ad
corpus. et hec quantum ad animam. In
hoc ergo xp̄o ministram⁹ si opa pieta
tis ꝓximis exhibem⁹. q̄ hec opa repu
tat ipse sibi fieri. mat xxv. Esurui ⁊ de
disti mihi māducare. ⁊c. Amen dico vo
bis q̄zdiu fecistis vni ex mihi ⁊c. ℟
Tercio videndus ē quare dnō ministra
re debemus Dicendō q̄ ꝓpter tria. Pri
mo ꝓpter debitū reddendū ex innu
meris beneficijs dō seruire obligamur
et maxime ex trib⁹. Primo q̄ ad ima
ginē suā nos creauit pulcerrima creā

turas ⁊ sui capaces. ¶ Et ¶ Cogitem⁹ qntuꝫ teneremur medico.q̄ reddidisset nobis visū vl'man⁹ vel pedes.ꝛc. Quā tū vo tenemur do q̄ nobis corp⁹ ⁊ aiam dedit.iob.ij. Manꝰ tue dnē fecerūt me ⁊ plasmauerūt me. Et do q: oīa nobis subiecit et ad nostꝝ ministerū ⁊ seruitutē ordīauit ⁊ etiā angelos suos.p̄s.lxxxx Angelis suis mādauit d̄ te ꝛc. De quo miratur ꝓpheta.d. Quid ē hō qd̄ mēor es ei⁹. Oīa subiecisti sub pedib⁹ ei⁹ ou. ꝛc.p̄s.viij. Tercō q: ipe in luto et latere mortalitatis p.xxx.ānos nobis seruiuit et pedes nobis lauit. ⁊ vt nos redimerꝫ morti se tradidit. ⁊ id̄o totaliter ⁊ īomibus ⁊ p oē tps: et oi genere famulat⁹ ei obligamur. ⁊ si oi die millesies morere/mur. nō tamē esset sufficiēs recōpensatio.p̄s.cxv. Quid retribuā dnō p omīb⁹ q̄ retri.m.ꝛc.q.d.nihil dignū. Secundo tenemur deo ministrare ꝓpter p̄cū cō/sequēdū vt si terreat labor alliciat mer/ces que infinita est ¶ Et ¶ Triplex aūt premiū ꝓsequimur si deo seruim⁹ Ipri mū est q: si deo seruim⁹ totus mūs ser/uit nobis. Q: vt di.aug. qui subē iugo xp̄i oīa subsunt ei.ber. Fideli homī tot⁹ mūs diuicia⁊ est.tot⁹ plane q: tā p̄spe/ra q̄z aduersa coopant ei in bonū. Ro. viij. Diligētib⁹ deū oīa coopanti bonū Secoꝫē q: ds suos seruitores nobilitat valde.trāsferēs eos de genere seruoꝝ in carissimos filios. p̄s.lxxxi. Ego dixi dij estis ⁊ fi.excel. Hui⁹ habem⁹ exēplū in cruce xp̄i que seruiuit deo p breue tē pus in duro seruicio: ⁊ tamē ita exalta ta est.aug. Crux de penis latronū tran/sijt ad frontes impatoꝝ. Quid ergo do minus faciet fidelibus suis si tantū ho norē ꝓtulit penis suis. Hoc etiā patꝫ in aplis et alijs sanctis. Naꝫ beatos se re/putant īpatores si possunt oscularī ossa eoꝝ. Terciū ē q: ds seruitorib⁹ suis dat totū regnū suū. qd̄ ē oē bonū. Nō sic a/lexander diuisit regnū suum duodeciꝫ pueris suis ꝛ.macha.j. sed xp̄s cuilibet dat totū. luc.xxii. Vos estis q̄ pmansi/stis mecū in temptatōibus meis. ⁊ ego disponam vobis sicut dispo.mi.pa.me. reg. ¶ Tercio debem⁹ deo ministrare ꝓpter tormentū vitandū: q: cum ex mī/tis beneficijs tenemur seruire deo vt dictū ē: nisi hoc fecerimus ꝓ ingratitudi/ne ign eterno et tenebris merito ꝓdem nabimur. Math.xxv. Inutilē p̄icite in tene.exte. Hoc aut̄ tormētū in trib⁹ cō sistit. Primo ⁊ p̄cipalit̄ in sepatione a deo. secundo in conunctōe ad tormē ta. Math.xxv. Discedite a me ma.ecce p̄mum. in ignem eternum: ecce secundō Tercio in deordinatōne virium anīme et corporis ⁊ remorsu consc̄ientie. Esa. lxvj. Vermis eorum non morietur. id ē remorsus consc̄ientie. Et sic patet p̄mū. Secūdo dicit apostol⁹ q̄ minister xp̄i in suis ministerijs non debet a suis subditis iudicarī: et hoc sic ē. Dic.i. int̄ vos subditos. iam queritur id est in tempo/re p̄senti: cum magis exp̄ctandū esset vsq̄z in futurum donec deus iudicet vt fidelis quis sc̄z inter dispensatores ūue/niatur. quasi d. Vos iudicatis mīstros ⁊ dispensatores xp̄i q̄ non sunt fideles. Et ¶ Consequenter tercō apls poīt q̄t/tuor ratōes ꝓ quas ostendit q̄ tales sic iudicantes sunt redarguendi ⁊ cohibē di. Quarum p̄ma est q̄ ministri eccle sie vel p̄lati parum curant talia iudi/cia. Et ideo nihil p̄sunt. Eccles. xxxij. Vbi auditus non est non effundas ser monem. Et hoc sic est. Mihi autem ꝓ minimo est. id ē parum curo vt a vobis iudicer ⁊ similiter paruꝫ curo si iudicer ab humano die. i. ab ītellectu humano sc̄z carnali q̄ solū carnalia videt nō sicut intellectus ⁊ dies scōꝫ qui spūalia vidꝫ

Uel ab hūmano die.i.ab hoīe quādo ē in suo die.i.in hac p̄senti vita in qua videt tantū exteriora.⁊ iō nō p̄t bene iudicare.j.reg.xvj. Hō vidz ea q̄ patēt.deꝰ aūt intuet cor. Sed ꝓtra hoc ē illud ecc. xlj. Curā habe de bono noīe. ij.cor.vnj. Prouidemꝰ bona nō solū corā deo .sz etiā corā hominibꝰ. Ad hoc dicendū q̄ laudis fama nobis nō ē querēda ꝓpter honorē p̄rū.et sic nō curat apl̄s.sz ꝓpt honorē dei et p̄rimi edificatōem.⁊ sic loquūt scpture p̄dicte. Scda rō est Nullꝰ melius p̄t alū iudicare q̄z ip̄e seip̄m sed nullus seip̄m iudicare sufficit.ergo mlt̄o minus alū..et hoc ē. Sed neqz meip sum iudico.i.iudicare valeo certo ⁊ diffinito iudicio.qui tamē melꝰ cognosco meip̄m q̄z vos. Petrꝰ putabat seip̄z bene ꝓgnoscere q̄ndo dixit.mat.xxvj. si oportuerit me tecū mori nō te negabo: et tamē deceptꝰ fuit. Ex ꝑ hoc vidz eē qđ dz infra.si nosmetip̄os iudicaremus nō vtiqz iudicaremur. Et dicēdū q̄ hic loq̄tur de iudicō exāmatōis.hic aut ē d iudicō diffinitōnis vel ꝓdēnatōnis. Et q̄ nō possit seip̄m diffinitiue iudicare ostēdit cū di. Nihil mihi.ꝓscius sum.i.nullius grauis delicti ꝓscientiā habeo. sz nō in hoc iustificatus sum in oculis dei.qui forte aliquod peccatū occulte habet.p̄s xvnj. Delicta q̄s intelligit.puer.ij. Quis potest dicere mundū est cor meū: pur sum a peccato.Ecc.xix. Sunt iusti atqz sapientes ⁊ opa illoꝝ in manu dei et tamē nescit hō vtz amore an odio dignꝰ sit. Sed ꝑ dī.iob.j.epl̄a tercō ca. Carissimi si cor nostz nō reprehenderit nos fiduciā habemus ad deū.sed q̄ fiduciā habz ad dū iustus ē. Et dicendō q̄ hoc nō dicit q̄ si nō hz hō ꝓscientiā peccati grauis q̄ sit ꝓpter hoc iustus.sed q̄ illis qui sic p̄fecte viuūt vt nō agant ꝓtra ꝓscientiam deus reuelabit si est peccatū in eis vel ī generali ꝙritōe dimittet. Und de saracenis dicit: qui viā veritatis nō audiūt q̄ si viuant bene ſm legē nature q̄ deus eis viā veritatis siue p̄ āgelos siue p̄ hoīnes reuelabit. Qz vt dī.dyo. Adhtos iaz āgeli erudierūt. Tercia rō talis ē. Nullꝰ dz alū iudicare nisi bēat sup eū autoritatē.sz sup mīstros ecclesie nullꝰ hz potestatē vel autoritatē nisi ds vl̄ aliqs loco dei.ergo a secularibꝰ iudicari nō debēt. Et hoc ibi. Qui aūt iudicat me dominꝰ ē.q.d.nō debetis me iudicare vtrū sim fidelis dispēsator an nō.qz nō hētis autoritatē sup me sz dominꝰ iudicat me qz hz autoritatē.q̄ ē maior iudex ⁊ testis et ꝓgnitor ꝓsciētie.hiere.xxix. Ego sū iudex et testis dī.dominꝰ.io.ij. Ip̄e enī sciebat q̄d esset in hoīe. Uide ergo diligenter q̄ hic tangit triplex iudiciū. Primū est hoīs de hoīe et de occultis eiꝰ ⁊ hoc est oīno incertū. Scdm est hoīs de seipso. et hoc nō est oīno incertū.nec est omīno certū. Tercū est dei de homine. et hoc ē omnino certum. Quarta ratio quasi ꝓcludendo inducitur et est talis. Judicium et omnia cetera requirit suum tēpus determinatum.sed tempus iudicij non est adhuc.ergo non licet modo iudicare. Et hoc est. Nolite ante iudicij. tempus iudicare. iudicio diffinitōnis suspicioso. Ecc.vnj. Omni negotio tps ē ⁊ optūitas q̄dusqz veīat tps dnī: scz ad iudicādū. Tūc ei.erit tps iudicij.esa. .iij. Doīnꝰ ad iudicādū veniet cū senioribꝰ ꝑpli sui.q̄ illūiabit abscōdita tenebrarū.i.manifesta faciet opa tēbrosa.s.pctā ī tēbris fcā q̄ntū ad malos.io.iij. Omis qui male agit odit lucē. Et manifestabit ꝓsilia cordiū.i.opa bonoꝝ ex discretōne et deliberatōne facta. Dan.vij. Judicium sedit et libri apti sunt.i.corda singulorū Et tunc laus erit vnicuiqz scilicet bonorum p̄o bonis operibus ⁊ intētōnibus

rectis.puer.nj. Date ei ō fructu manuū suaꝝ ⁊ lau.e. in portis opa eius. Et sic patꝫ sc̄ōm: terciū: ⁊ quartuꝫ

Dominica q̄rta de euāgelio.

Sermo septimus

MIserunt iudei a hierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohēm vt interrogarēt eū. tu quis es. Joh.j: In euāgelio p̄cedētis dominice ostēdit quō xp̄s mīti plicit iohēm baptistam ꝓmendauit In p̄sentis āt dnice euāgelio ostēdit quō iohēs magnificauit xp̄m et se summe humiliauit. et dicit se esse vocez et p̄conem xp̄i. vt nos excitet ad p̄pandū vt occurramus saluatori nostro obuiaꝫ in proximo in mūdū vēturo ſm ecclesie rep̄sentatōez. in q̄ ip̄e aduēt⁹ i mētes nr̄as ſm veritatē significat. Agit ergo in hac dnica de aduentu xp̄i in mentē. quē p̄ gratiaꝫ suam facit. Et ido vt ip̄m digne ī hospicō aīaꝫ recipiam⁹. iohēs baptista clamat tanq̄ꝫ xp̄i p̄co. d. Dirigite viaꝫ dn̄i Via dn̄i est ad cor. Et iō corda p̄parare oportet. Euangeliuꝫ aūt cōtinet q̄ttuor Primo iudeoꝝ ad iohānē baptistā solennē legatōnem ibi. Miserunt iudei a hierosolimis sacerdotes et leuitas Secūdo legatoꝝ mīltiplicē interrogatōnez ibi. Tu quis es. Tercō iohānis ad singula responsiōez. ibi. Et ꝓfessus ē et nō negauit. Quarto loci vbi hec pacta sunt descriptōez. Hec in bethania facta sunt trans iordanē. ¶ Primo ergo ponitur ad iohannē baptistaꝫ solennis legatio iudeoꝝ. Magistri enī legis iudeoꝝ videbant ex dan. ꝓphetia tps aduēt⁹ messie in ianuis venisse. ⁊ iō erāt valde pplexi si de ip̄is aliq̄s magnus surgeret Unde iosephus di. q̄ q̄ tps aduent⁹ messie ꝓpletū erat. multi surrexerūt ⁊ dixerunt se esse xp̄m. ⁊ maxime quidaꝫ noīe theodas et iudas galileus. vt di. origenes. et magnā in pl̄o ꝓmotōez fecerūt. vt etiaꝫ recitat gamaliel. in. act. apo. v.c. Videntes ergo iudei xp̄m ⁊ iohēz apud omēs maxime opīonis esse ꝓuenerūt potiꝰ in iohēz. volētes eū recipe p̄ messia. q̄ꝫ xp̄z ✠ ¶ Triplex aūt fuit rō vt dicit crisō. q̄re iudei magis de iohāne q̄ꝫ de xp̄o credebant. Primo q̄ erat de magno genere. vtpote filiꝰ zacharie magni sacerdotis. et q̄ miraculose natus est ō vtroq̄ꝫ pente sterili ⁊ sene. Christus autē vt credebant erat filius fabri ⁊ cuiusdaꝫ pauꝑcule mulieris et non miraculose natꝰ. quia de iuuencula q̄muis de sene patre Secūdo q̄ iohēs in victu ⁊ vestitu magis asperam vitam q̄ꝫ xp̄us agere videbatur Nam tunicam de pilis camelorꝝ hēbat ⁊ zonā pelliceam ad lumbos eiꝰ et cibus eius locuste et mel siluestre. vt patet. Math. iij. ca. Christus autem cōmunibus vestibus induebatur. et communi cibo vtebatur. ⁊ in cōuiuijs comedebat. Tercio quia iohannes consortia hoīm deuitabat. ī deserto morabatur in antris latitans: et spelūcis donec spiritus ei dixit vt exiret ad xp̄o testimonium phibendū. Et tunc venit in oēm iordanem: p̄dicans baptismum penitentie. vt patꝫ Luc. iij. Christus aūt cū publicanis et peccatoribus manducabat et stabat. Mar. ij. Propterea ergo iudei ad iohēm legationē miserunt. vt an essꝫ xp̄s interrogarēt. Que q̄dem legatō ex tribus solennis apparet. sc̄z ex p̄te mittētum. quia iudei: qui tūc erant acceptabilis populus dei. Et ex p̄te missorum. q̄ sacerdotes ⁊ leuite phariseoꝝ: q̄ erāt in sciētia ⁊ vita excellentōres in pl̄o. Et ex parte loci. q̄ hierusalē q̄ est totius regni caput et domīa. Et sic patet p̄mus. Secundo ponitur interrogatio legatorum. ¶ Ad hoc ergo venerunt vt inter-

rogarẽt eũ dicẽtes. Tu qs es. Interroga uerũt aũt eũ de duobus scz de psona ibi Tu qs es. Et de officio ibi. Quid ergo baptizas. De psoã ãt primo introgãt ip ticulari. s. an sit xps an helyas. vel ppheta: scz heliseus. Scdo in generali qs sit vt possint mittentib⁹ respõde ibi. Quis es tu. vt respõsum dem⁹. et sic patz scdm

¶ Terciõ ponit iohis ad singula qsito⁹ responsio. Nã primo respõdet ad qstionẽ de psona. Scdo ad qstionẽ de officio. ibi. Ego baptiso in aqua. Item primo respondet ad qstionẽ factã in pticulari. scdo ad qstionẽ factã vniuersaliter ibi. Ego vox clamãtis in deserto. Et sic ptz q ad singula quesita respõdit. Et hoc ẽ. Et pfess⁹ ẽ et nõ negauit. Confessus est se nõ eẽ qđ nõ erat scz xpm. helyã. vel ppbetã heliseũ et nõ negauit se eẽ qđ erat scz vocẽ clamãtis in deserto. Et hocẽ qđ sequit. Et pfessus est. q2 nõ sum ego xps Vbi apparet q nõ fuit arũdo que aventio mouet. q2 a vento vane glorie q̃ magnos cedros euulsit et euellere nõ desistit penitus nõ est mot⁹. Nonne primi pentes pfectissimi ab illo euulsi sunt dũ esse desiderantes bonũ et malũ scientie Nã aplũ extremi viri ab illo pcussi sunt cũ facta est ptentio int eos qs eox videret maior esse luc. xxij. Sed nõ iohẽs baptista ab illo aliqualit ẽ pmotus. Nazisti legati offerebãt ei magnã dignitatez dũ p xpo recipe euz volebãt magnã sanctitatis et status opinionẽ duz p helya eũ recipe disponebant et magnã sciẽtiã et diuinox reuelatõem dũ ipm ppbetã singulariter reputabãt. Propt primum cecidit lucifer volẽs vt ds esse. ppter seũdũ pmoti sũt aplĩ volẽtes magnũ statũ brẽ. ppt terciũ primi pentes euulsi sũt diuina vt ds scire cupiẽtes. O iohis baptiste humilitas admirabilis. Quis homnũ si eligeret in ppbetã eligi recusarz Quis nollet scũs z sapiẽs reputari. gre. Magnũ est hõrez nõ appete. maius autẽ oblatũ respuere. maximũ aũt de habito nõ supbire. aug. Magna vtus ẽ hõmies dignitates nõ appetere. sz oblatas respuere maxima vtus ẽ. Et iõ di. crisos. q iohẽs in nullo ope tantũ vnq̃z meruit sicut in hac hũilitate taz pfunda. Sic ergo beata virgo in sua humilitate meritо fuit sup ones exaltata. Lu. j. Respexit hũilitatẽ ancille sue. Sic iohẽs in sua humilitate a xpo p omnib⁹ ꝓmendat Ait ergo. Non sum ego xps. i. non sum vnctus vt gigas humane nature ad pliandum cuz dracone antiquo. xps enim idem ẽ qđ vnctus. Item non sum vnct⁹ vt rex ad hũanam naturam de potenti manu dyablĩ eripiendõ z liberandõ. Item non sum vnctus vt sacerdos magnus p tota humana natura expiatõis sacrifium ad deo immolandum. Hec enĩ tria hominum genera inungi debebant. et hec tria cristus quem iudei expectabãt z querebant facere habebat. s. belluz humane nature cum dyabolo preliari. ipsam đ manu dyaboli eripe. z p toto populo hostiã placatõis deo offerre. Et ideo quia ad hec tria inungendus erat. debebat p omnibus pticipibus suis eẽ vnctus Sed ego inqt iohẽs non sum ille. Et ideo adiungũt. Helyas es tu Quiait. Nec etiam sum helyas qui debz exire de padiso et precedere iudicem in aduentu secundo. Iste enim primus aduẽtus est. qui in mirabili dulcedine et copiosa misericordia. Sed ille erit in formidabili iudicio et seuero. ¶ Unde in hoc primo aduentu christus nos iudicare non venit sed a peccatis omnibus saluare. Iohã. nj. Non misit deus filiũ suum vt iudicet mundum. sed vt saluetur mundus per ipm. Quãuis q̃ntũ ad operatõem z virtutez iohannes possit

dicā helyas. vt ipa veritas dicit in mat. xj. c. Si vultis recipere ipe est helyas Qō etiā āgelus testatus ē. d. lu. j. Ipe pcedet ante illū in spū et virtute helye. Nō est ergo iohēs helyas in psona. sed in spū tu. Et ido subiungūt. Nūquid propheta es tu Qui ait. Nec etiā sū ille. pphēta magn⁹ de quo moises deu. xviii. dixit. pphetaz de gente tua et d̄ fratrib⁹ tuis suscitabit tibi dominꝰ ds tuus. ipm tanqz me audietis. Dictū enim. pphētā videbant tu⁹ dei petere. Uel nō fuit pphēta sz heliseus q̄ p excellentiā dictus ē pphēta. quia habuit spūm in duplo q̄z helyas. s. spū tū pphetizandi et faciēdi miracula. Qz iohēs nullū signū fecit. vt ptz iob. j. Uel ad hoc nō fuit pphēta iohēs vt di. glo. q: ad pphētā ptinz futa p̄dicere. sz iob. nō p̄dicebat futura sz ostēdebat p̄sentia Idr̄ q̄z ergo iob. pfess⁹ ē se nō eē qd nō erat. respōdit ad q̄stionē factā vniuersalit qs eēt et pfitet se eē qd erat. Qz p⁹ q̄z milli q̄sierūt q̄s eēt vt respōsuz darēt his q eos miserūt dixit. Ego vox clamātis i deserto. dirigite viā dn̄i. Humilis et va cō fessio q: vere iohēs fuit vox vbi icarnati ipo clamātis in d̄serto iudee. i. facientis ipm clamare. Triplex ē ei hitudo vocis ad vbū quam iohēs veracit hūit ad xp̄z. Prima q: vox natalit p̄cedit vbuz Idr̄i⁹ ei vox audit q̄z vbū mēte l' pcept⁹ pcipiat. sic et io. p̄cessit xp̄z nascēdo p̄dicādo. moriēdo. et ad ifeos d̄scēdēdo. lu. j. Idreibis ei āte faciē dn̄i pare vias ei⁹ Secdo q: vox baiulat vbū ad aures auditoz q̄si q d̄dā vehiculū et q̄si intp̄tatoz manifestat ipz. Sic et iohēs manifestauit xp̄z audit et testionū d ipo reddidit auri b⁹ ipoz nō solūmō absentē testificādo. sz et p̄sentē demōstrādo. io. j. Ez vt manifestet i israel. pptea ego veni baptizās. Tercia ē q: vox trāsit in nihilū vbo in mēte audiētū remanēte. Sic et iohēs

postq̄m suscitauit iudeoz auditum ad xp̄m recipiendū desiit p̄dicare et baptisare remanente baptismo et p̄dicacōne xp̄i. iob. iii. Illū oportet minui. i illū autē crescere. Et ideo merito ꝓpatur lucerne. que desinit lucere apparente sole. Joh̄ā. v. Ille erat lucerna ardens et lucens Uere ergo iohānes fuit vox verbi dei. que tota fuit clara totalit vocans ad penitentiam. Nihil enim fuit in iohāne qd̄ non vocaret ad penitentiam. Habitz et vita tota. s. vestimentū: hitaculū: cibus: potus: actus: etas: atqz mores: omnia ad penitentiam vocabant Talis debet esse p̄dicator veritatis vt totus voce verbo et exemplo et in tota vita sua. j. thi. iij. Esto exemplū fidelium in vbo in conuersatōne: in caritate: in fide: i castitate. ¶ Postq̄z autem iohannes respondit ad questionem factam de persona respondit ad questionē factam de officio et ministerio suo. Nam nunciis interrogantibus cur baptisaret: respondit valde humiliter. d. Ego baptiso in aqua. id est lauo solum exterius tanqm minister eius qui debet vos mundare interius quod ē ministerium valde humile. et ideo nihil magni facio Interrogant autem de baptismo et cur baptisat quia scriptum erat in esa. Ipse abstergz gentes multas. Hoc debebat esse in aduentu messie. Sequit Medius autem vestrum stetit qui lauat ab omnib⁹ peccatis interius mundans. iob. j. Super quē videris spūm descendentē et manētez sup eum sicut colūba hic est q̄ baptisatī spūsctō. i. interius mūdat. quez vos peccatorū tenebris et ex inuidia excecatis nō cognoscitis quia solū a mundis corde videtur. Mat. v. Beati mundo corde q̄niam ipi deum videbunt. id est cognoscēt. Ubi nota q̄ christus dr̄ medi⁹ noster duplr. Primo q: pacificat nos

deo et angelis ⁊ ad inuicē.coll'.j. ¶Paci/ficans p sanguinē crucis eius.siue que ī celis sunt.siue que in terris sunt. Et ideo ipe est pax nostra qui fecit vtraq; vnuz ephe.ij. ¶Hoc enī ad mediatorē ptinet. et ideo iure mediator hominuz noīatur.j. thi.ii. ¶Mediator dei ⁊ hominū hō xps iesus. Secūdo q; ds erat ita irat⁹ cōtra hoīem q; hoīez inficiebat et ad infernū pciebat. Sz xps sicut pi⁹ mediator p/iecit se sup hoīem. sicut mater sup filiuz se picit et fuit medius inē deū et hoīem ⁊ recepit vulnera in corpore suo.esa.liii. Vulneratus est ppter iniqtates nras. ¶Propterea ds pater placat⁹ est homī. Iste medius noster venit p⁹ iohēm. nascendo.pdicādo ⁊ baptisando.q; tamen āte iohēm fact⁹ ē.i.ōi gratia ⁊ vtute ⁊ ōi pfectōe aīe pfect⁹.vnde glo.di.¶Ante me factus est.i.ī dignitate platus. ¶Nō enim aliter pt intelligi xps āte iohēm fact⁹ nisi sm humanā naturā in q; fuit pfect⁹ ante iohēm sm diuinā naturā nō est fact⁹ sed eternus. Vbi nota q; tūc hō dr perfectus qndo ē cunctus dō p gratiā.⁊ hz scientiaz ⁊ vtutem ⁊ vsuz liberi arbitrii. ¶Defectus aūt istoz facit hoīem q; si non differre a bestiis.sed oīa ista xps āte iohannē habuit.imo hec oīa iohēs a xpo hūit. ¶Nā qndo beata vgo habuit xpm ī vtero ⁊ salutauit elisabeth.tūc beat⁹ iohānes fuit mūdatus a pctō .⁊ gratia et virtute repletus et scientia illuminatus et vsum liberi arbitrii recepit vt di.cxlv. ppter qđ exultauit in gaudio ī vtero existens.vt pz luc.i. Xps aūt fuit ab instā/ti ciceptōis pfect⁹ et p cseqns fuit fact⁹. id ē pfectus āte iohānē. Et hoc ē qđ dr pesa.lxvi. ¶Anteq; pturiet pepit.i.pfectū viz in vtero habuit. Et iterū hiere.xxxi. Femina circūdabit viz.i.pfectum hoīez Et ppt hāc pfectōz iohānes se indignū dicebat discalciare et corrigiā calciamē/ti eius soluere. ¶Hoc aūt verbuz triplicit potest exponi. ¶Primo lrāliter.scdo spi/ritualiter. ¶Nā p calciamentuz intelligit christi humanitas quia diuinitas vt di/cit gregori.mortalitatis nostre mortici/nio calciata venit ad nos super lutū bu/manarum miseriarum. Corrigia vero istius calciamenti fuit amor.quia prop/ter nimiam caritatem qua dilexit nos deus misit filium suum in similitudinē carnis peccati. vt dicit aplus Ro. viij. Vinculum ergo tanti amoris propter quod et in quo diuinitas coniuncta est humanitati.⁊ deus factus est homo. io/hannes non poterat nec dignus erat ex/oluere et manifestare. quia tant⁹ amor fuit q; excessit omnem intellectum hūa/num nec verbis explicari posset. Qua/si diceret iohēs. ¶Misterium incarnati/onis eius nescio nec exprimere valeo vt dicit greg. Tercio figuraliter. vt hoc di/ctum iohannis alludat illi figure vete/ris testamenti.de propinquo discalcia/do.qui nolebat relictā fratris sui propī qui in sui recipe vxorem.vt patet .Deu. xxv. Dic historiam Quasi d.iohannes Vos queritis aliquem magnum q; hu/manam naturam sibi assumat in spon/sā q; soli christo debetur.et si christ⁹ non vult eam sibi assumere.ego eius ppin/quus non sum dign⁹ discalciare euz et assumere mihi humanam naturam in sponsam.q; eam de manu dyaboli eri/pere non possem.vt dicit greg. Et sic pa/tet tercium ¶ Quarto ponit locus vbi hec sunt pepetrata.quia ībethania trās iordanē non in bethania que est prope hierusalem.

¶Moralizatio circa tercium membrum

¶ Ego vox clamātis ī deserto. ¶Mora/liter autez ad edificatōnem nostram circa hanc responsionem iohānis quattuor videam⁹. ¶Primo c⁹ vox clamātis iohēs

fuit.scdo q̄re clamātis.tercō ubi clamā/
tis.quarto quid clamātis. ¶Primo ergo
videndū c9 vox clamātis iohēs fuit. Et
dicendū q duox clamātū iohēs vox fu
it. ¶Primo fuit vox verbi dei in deserto
mundi clamātis qui ad hoc factus ē hō
vt in nos ⁊ ad nos clamare posset.
¶ Septē aūt modis manēs nobiscū
clamauit ad nos. Et p̄mo clamauit vt
mundo et mundanis renunciemus:qa
totus mund9 in maligno positus est.et
q2 mundus transit ⁊ ꝓcupiscentia eius.
vt dr.j.ioh.ij.luc.xvij. ¶Nisi quis renun.
ōi.q̄ pos.nō p̄t me9 esse discipul9. Scdo
clamauit vt vitā carnalē abnegemus ⁊
corpa nostra in cruce pnie ꝓfigamus q2
caro ꝓcupiscat aduersus spūm et eū nitī
tur suffocare.vt di.apls gal.v.⁊ mathe.
xvj. Si quis vult post me venire abne/
get se.i.renunciet vite carnali.et deside/
ria eius necet.⁊ tollat crucē suā et sequa
tur me.q2 qui amat animā suā.i. vitam
aīalē pdr eā.vt ipe ī mat.ait. Tercō cla/
mauit vt ī celo ⁊ nō ī mdo qui est sacc9
ptus.thesaurisemus. q2 in celo omīa
cōseruātur:et in mūdo oīa ꝓsumuntur
et diripiunt. ¶Mathei.vj. Thesaurizate
vobis thesauros in celo vbi nec erugo:
nec tinea demollit.et vbi fur nō effo.ne/
q3 fu. Quarto clamauit vt p̄ximū tāq3
nos intime diligamus. et misericordie
opibus intendamus.q2 qui diligit pro
ximū legē impleuit.et dilectō p̄ximi ma
lū nō opatur.vt dr ro.xiij. Hoc est p̄cce
ptū meū vt diligatis inuicē.luc.vj. Esto
misericor.ꝛc. Quinto clamauit vt p nos/
tris necessarijs ⁊ in nostris p̄ssuris ad
deū et nō ad vana recurram9. q2 omis
qui petit accipit.et qui q̄.inue.luc.xi.ma
th.xi. Uenite ad me oēs qui la.⁊ on.est.
et ego refici.vos.ioh.vij. In nouissimo
aūt die magno festi stabat iesus ⁊ clama
bat. Si qs ti.ven.ad me.⁊ bi. Sexto cla/
mauit vt in p̄lio spūs fortiter dimicem9
q2 mundus caro ⁊ demonia mouent cō
tra nos p̄lia luc.xxij. Simon ecce satha/
nas expetiuit vos.s.ad temptandū ⁊ di
micandū. Et iō ecclesia cāt at. Estote for
tes ī bello et pugte cū ātiq̄ sp̄ēte.q2 si pu
gnauerimus coronabimur.alias tāq̄m
captiui in carcerē dyaboli detrudemur
in ppetuū cruciādi.ii.thi.ij. Nemo coro
nabitur nisi qui legi.certa. Septimo cla
mauit vt nos ad transmigrandū omni
tpe pati sum9.q2 mors fortissime appropi
quat. Et nil certi9 morte.⁊ nil incertius
hora mortis.vt di. bern.math.xxiij. Et
vos estote pati q2 q̄ hora nō pu.fi. hoīs
ve. ¶ Scdo fuit iohēs vox toti9 hūane
nature p ipm et in ipo clamātis ⁊ mise/
ricordiā postulātis. ¶ Et ¶ Clamauit
aūt hūana natura p iohēm ppter septē
mala que tunc fortissime patiebat ppeī
teritū ꝓstituta Et ad hec mala repsentā
dū ecclesia āte natalē xp̄i septē o cātat p
dicta septē mala repsentancia. ¶Primū
malū qō hūana nāta patiebat erat ma/
lū ignorantie:q2 erat totalit ignorans.
Nō enī habebat sapiam q̄ē de diuinis
q2 ⁊ si vnitatē dei cognosceret: tamē tri/
nitatatē psonaꝝ penit9 ignorabat.actu.
xix. Sed neq3 si sp̄ussanctus est audiui
m9. Itē nō habebat sciētiā q̄ē de creatu
ris:q2 venerabat eas.vt deos. Sap.xiij.
Aut giꝝ stellaꝝ aut numiā aquā:aut so
lē:aut lunā rectores orbis terraꝝ deos
putauerūt. Itē nō hēbāt prudētiā que ē
recta rō agibilū.q2 eoꝝ actōes ad finē
vltimū nō ordinabant. Uenit aūt filius
dei ⁊ optime nos docuit ista tria.s. sapi
entiā.scientiā ⁊ prudentiam.iobā .xviij.
Ego ād hoc natus sum ⁊ veni in mun/
dū vt testimonium perhibeam veritati
Unde plus scit de veritate mō vna ve/
tula q̄ ꝓtinuat p̄dicatōnes q3 antiquit9
phūs vnus. Et propterea cantat eccia

primus o.d. O sapia que ex ore altissimi prodisti ꝛc. veni ad docendum nos viã prudentie. ¶ Secõm malũ qõ patiebat erat culpa: q; pro peccato primoꝝ parẽtũ omes ad inferos descendebãt ⁊ ibi tã q; debitores detinebãt captiui. Nec valebat sapia nec pphetia. q; ibi salomõ ⁊ omes pphete erãt. nec dignitas aliqua q; ibi reges ⁊ sacerdotes. nec penitentia innocentia vel iusticia q; ibi abel. iob et omes iusti. Sed venit filiꝰ et solut pciũ et p debito sanguinẽ suũ fudit. j. pet. j. Non coruptibilibus auro vel argẽto liberati estis. sed pcioso sanguine agni incõtaminati. ¶ Propterea cãtat ecclesia scõm o.d. O adonay ⁊ dux domꝰ israel ꝛc. veni ad redimendũ nos in brachio extento. ¶ Tercũ malũ qõ patiebat erat. q; erat subiecta pessime seruituti dyaboli in luto et latere seruiẽs magisq; pplus israel sub egiptica seruitute biere. xvj. Seruietis dijs alienis q; non dabunt vobis requiẽ. Sed venit filiuꝰ dei et de hac seruitute nos eripuit et de mundo principẽ mũdi eiecit. et cũ in inferno religauit. Joh. vj. Nunc princepꝰ mundi eiciet foras. Et hoc valde iuste Quia sicut dyabolus genus humanum sibi pstituerat seruũ ppter victoriã q; m de primis pentibus habuit. Sic chriſtꝰ vincẽdo dyabolũ ligauit eum ⁊ abstulit predam eius vt pz in illa similitudine. luc. xj. Cum fortis ar. s. dyabolus custodit atri. suum. s. mundũ in pa. sunt ea q; pos. Si autẽ fortior. ul. supue. vi. il. ꝛc. ¶ Propterea cãtat ecclesia tercũ o.d. O radix yesse que stas in signũ pploꝝ ꝛc. veni ad liberandũ nos. Quartũ malũ qõ patiebat erat. q; funibus pctoꝝ omes ligati erant. sap. xvij. Una enĩ catena tenebrarũ. i. peccatoꝝ oes ligati erãt Erãt enim hoĩes diuersimode irretiti ¶ Propt qõ diuersos fines ponebãt. Aliq; in hõnꝰ aliq; in diuicijs aliqui in delectatõne carnaliũ Quia vt di. phũs Qualis vnꝰq; sꝫ q; ẽ talis finis videt ei Phil. xnj Quorũ deus venter ẽ. Sꝫ venit filius di ⁊ funes peccatoꝝ dissoluit dãdo sꝫ gratiam et meritũ sue passionis nobis applicando p quã funes peccatoꝝ soluunt Et ex tunc petro et eius successoribꝰ dedit claues quibꝰ peccatores absolueret a peccatis. quod ãte nõ fecerat Et ppterea cãtat ecclesia q;rtus o dicẽs. O clauis dauid veni educ vinctum sꝫ sumbꝰ peccatoꝝ de domo carceris. i. de malorũ cõcupiscentia et colligãtia. Quintũ malum qõ patiebatur erat q; vmbra legaliũ obumbrata erat. q; omnia in figura pfigebant illis. vt di. apls. j. coꝝ. x. hebre. x. vmbrã enĩ habẽs lex futuroꝝ bonorum nõ ipsam imaginẽ rerũ. Semp enĩ aialiuꝫ sanguinẽ offerẽs nunq; puenit ad verũ sanguinẽ nisi in aduentu xpi. Veniens enim veritas ipa cessauit omnis vmbra. et vno sacrificio immolato pfummauit in sempiternũ sanctificatos. oĩm aĩmalium sacrificio eneruato. vt di. apls vt supra In cuius figura in morte xpi: velum templi scissum est. ⁊ sancta sanctoꝝ sũt apta. et iõ pdicator. no. te. nõ tenet velatã faciẽ sicut moyses tenebat q;ndo populo pdicabat. vt pz. exo. xxxmj. hebr. ix. Tabernaculũ factũ ẽ pmũ. Et sequitur. Qõ dr sancta. Et sequit hoc significante spũsancto. nondũ ppalatã esse sanctorũ viã adhuc pore tabernaculo habẽte statũ. ¶ Propterea cantat ecclesia quitũ o.d. O oriẽs splendor lucis eterne. veni illumina sedentes in tenebris. s. legaliuꝫ et vmbra mortis. ¶ Sextũ malũ quod patiebat erat. q; exulabat a patria ⁊ ciuitate sua. Duplex enim patria ẽbebatur homini. s. padisus terrestris rõe corporis ⁊ padisus celestis rõe anime Ab vtraq; ergo illa patria ppter peccatum

primi pentis exulabaꝫ. Sed venit filiꝰ
di ⁊ ad celestē patriā nos reduxit mich.
ij. Ascēdit eni pādēs iter ante eos. Eph.
iiij. Ascendēs in altū captiuā duxit cap
tiuitatem Nō aūt ad padisū terrestres
nos reduxit. q; illū docuit nos cōtēnere
Quidā hic ꝓtituunt padisum Sap. ij.
Uenite fruamur bois q̄ sūt et vtamur
creata tāq̄ in iuuētute celeriť. quoniaꝫ
hec est pars nra Propterea cātat eccia
sextū o d. O rex gentū veni et salua ho
mnē quē de limo formasti. Saluare eī
hoīnē est ducere eū ad padisuꝫ celestē.
Septimū malū quod patiebaꝫ erat: qa
longa spe attediata manebat. Dicebaꝫ
eniꝫ homini a ꝓphetis. Expecta reexpe
cta. Spes enī que differtur affligit aīm
am. puerb. xiij. Propter qđ dicebat
moyses exo. mj. Mitte dnē quē missiu
rus es. esa. lxmj. Utinā dirrumpes celos
et descenderes. Sed venit filiꝰ diu desi
deratus et exhibuit in re quod erat in
spe. ioh. j. Ecce agnꝰ Propterea symeō
ait lu. ij. Nūc di. p. t. d. se. v. te. in pa. q; vi.
o. me. sal. t Propterea cātat ecclesia se
ptimū o. d. O emanuel et expectatō gē
tium ꝛc. veni ad saluandū nos scꝫ realiť
Sedo videamꝰ quare iohānes vox cla
mantis dicaꝫ. Ad qđ dicendū q̄ vox cla
mantis ꝺr ꝓdicator in quo et p quē spi
ritus sanctus peccatorib⁹ clamat ¶ Ad
Quibus ppter q̄ttuor clamare debꝫ p
pter que solēt hoīes clamare. Clamamꝰ
ad surdos. ad dormientes. ad in timul
tibus ꝺmorātes et ad longe distantes.
oīa eniꝫ hec sunt peccatores. Primo eī
sūt surdi. q; tonitruū illiꝰ horribil' vocis
non audiūt. s. surgite mortui ad iudicū
Ipsi enī sunt aspis surda. q; vnā aurez
obturāt ad terrā figēdo. i. terrena medi
tando ⁊ aliā caudam immittēdo. i. lōgā
vitā sibi ꝓmittendo. Sedo sunt dormi
entes. q; ita secure stāt in peccatis sicut

homo dormit in lecto. imo ita ꝓfundāt
se in somno peccati q̄ nisi tangant p pe
nas nō excitant. Exemplū bꝰ patꝫ in sā
sone qui ita ꝓfunde dormiebat in gre
mio dalide q̄ totōdit eum. et nihil sensit:
donec captus et ligatus et exoculatꝰ fu
it. vt patet iudi. xvj. Dalida est ꝯcupiscē
tia carnis. in qua si quis dormit tonde
tur omnibus vtutibꝰ et tradiť demoni
bus exoculandꝰ. Tercō stāt in tumulti
bus mundi et iter rotas fortune. ppt qđ
ita efficiunť surdi q̄ tubas dei. i. ꝓdicato
res nō audiūt. ps. cxmj. Aures ha. ⁊ nō
au. ¶ Quarto sūt valde ꝺ lōge stātes a
deo. ps. cxviij. Longe a peccatoribꝰ salꝰ
Et propterea clamandō ē peccatoribꝰ vt
a peccatis resurgant esa. lviij. Cla. ne. cess
q̄si tuba exal. vo. tu. ¶ B ¶ Ubi nota
q̄ peccatoribus sex tubis clamare debe
mus. Primo ꝓmittendo glām dei vt a
more boni ipos attrahamus. esa. lxmj.
Oculus non vi. deus absq; te q̄ ppa. ex
pe. te. Secdo minādo penaꝫ eternaꝫ vt ti
more pene ipos retrahamus a malis.
Job. xxmj. Ab aquis niuū. transiet ad
calorem numū. Tercio testificando ve
locē transitum mūdi vt ab ipsiꝰ amore
eos euellamus. j. io. ij. Mundus transit
et ꝯcupiscentia eius. Quarto accelera
tionē mortis asserendo vt sp ipos para
tos manere faciamꝰ. math. mj. Jā secus
ad radicez arborus posita ē. ecc. xmj. me
mor. esto q̄niā mors nō tardabit. Quin
to affirmādo. q̄ oīa in morte deserunt
hoīem ꝓter bona opa. s. hōres diuicie et
delicie et amici ⁊ ꝓsanguinei vt ipos bo
nis moribus seu opibus intendere faci
amus. apoc. xmj. Opa enī illoꝝ sequunť
il. Sexto illa horribili voce clamando.
surgite mortui venite ad iud. vt ipos ti
more ꝓcutiamus. hiero. siue ꝓmedaꝫ si
ue bibā. siue aliꝺ qđ faciā semp ista vox
boꝝ. viꝺ aurib⁹ me. insona. sur. mor. ve

ni.ad iu. ¶ C ¶ Tercio.videndu3 ẽ vbi vo3 clamãtis:q2 in deserto.i.in mũdo q̃ ó2 desertũ duplicit. ¶Primo q2 bonis ó/ relictus est et malis plenus.ecc.xvi.¶Ab vno sensato inbabitabitur patria.⁊ a t/ bus impijs deseret.Ecdo q2 venenosis aialibus est plenus.j.io.ij. Omẽ quod est in mũdo aut est ꝓcupiscentia carnis: aut ꝓcupis.ocu.aut supbia vite.¶Ista sũt genera aialiũ venenato3 q̃ inuenerunt filij israel indeserto.¶Deu.vnj. ¶Ductor tuus fuit in solitudine magna atq3 bo3/ ribili:in qua erat serpens flatu aduren3 et significat supbiam que vẽto vane gl'e vrit.Et scorpio:et significat luxuriã que sicut scorpio blande mordet et p9 ea infi git cum cauda venenũ.ita in principio delectat ⁊ postea tormẽtat.puer.xnj.¶In gredietur blãde ⁊ in nouissimo mor de/ bit vt coluber.⁊ dipsas.i. situla que facit hominẽ mori siti ⁊ significat auariciam q2 auarus semp sitit ⁊ nunq3 pecunia implebitur.ecc.v. ¶Quarto videndũ est quid clamãtis.q2 dirigite viã domi. Via domini p quã dom9 ãbulauit. ⁊ que ad dominum ducit est via virtu/ tis que ó2 recta duplr. ¶Primo q2 ad lo cũ intentũ ducit.s.ad beatitudinẽ: quaz omnis homo naturaliter appetit. ¶Na/ turalis ãt via ad beatitudinẽ ẽ iter vtu/ tuz vt dicit boe.Secũdo ó2 recta q2 me/ diũ nõ discrepat ab extremis. Extrema autẽ hoĩs sunt ortus ⁊ mors:et vtrum/ q3 cũ gemitu et pauptate.Job.j. ¶Nud9 egressus sum de vtero ma.mee.nu.re.il. Ergo tota vita hoĩs :ad hoc vt sit recta debet esse cuz gemitu. ¶Pro tanto ergo via virtutũ ó2 recta.q2 facit concordare mediũ cuz extremis. ¶Nã qui in via vtu tis sunt p totũ plorãt.Aug. In valle mi serie sum9 in qua eo magis est flendũ q̃ mun9 flem9.ps.xlj.Fuerũt mihi lacrime mee panes die ac nocte. ¶Plorare enim debem9 q̃tidie ⁊ p dilatõe patrie ⁊ p cõ latu pñtis miserie.Itẽ tpalia ꝓtẽnunt phi.nj. Oĩa arbi.s.vt iter.vt xp̃m lucifa ciã.Tunc ergo viã dni dirigimus ⁊ faci mus rectã q̃ndo p ipam pos't dominuz recto tramite ambulamus. vt sicut ipe tpalia ꝓtẽpsit.carnem afflixit. aduersa multa sustinuit.iuste et sancte vixit. et vsq3 in finez pseuerauit.ita et nos facia/ mus.esa.nj. ¶Hec via domini ãbulate in ea.neq3 ad dex.neq3 sinist.declinãtes ꝛc

¶Sermo de epistola quarte dominice ad/ uentus domini ⁊ octauus in ordine.

Gaudete ĩdomi

no semp iterum dico gaudete phil'.nj. Vere si dissimulare noluerim9 magnũ gaudiũ istat toti po pulo xp̃iano de natiuitate filij di in hu mana natura in p̃imo recolẽda. In q̃ et p quã humana nata ẽ exaltata ⁊ om nibus bonis repleta. ¶Nat9 est enim fili9 dei cũ sacco pleno gratiaz ⁊ oĩm virtu/ tũ.quas nobis gratis donauit.j.corin.j. Gratias ago deo meo p iesuz xp̃m. q̃a ĩ oĩbus diues facti estis in illo ⁊ in omni verbo ⁊ in oĩ scientia.ita vt vobis nihil desit. ¶Propterea in hac epl'a aplus ad gaudiũ nos hortat. In qua quidẽ epl'a summarie tria facit. ¶Primo ei aplus ad spũale gaudiũ nos ũitat ibi.gaudẽ.ĩ do. semp.Secundo impedimẽtũ orõis tollit. et ad orõnẽ ⁊ gratiaz actõem inducit et ꝓportat ibi nihil solliciti sitis 3 in oi or.et obse.cũ gra.ac.pe.ve.inno.apud deum. Tercõ impcat et orat vt deus in omib9 et vbiq3 nos custodiat ibi. Et pax dei q̃ exup.oẽm sen.cus.cor.vrã. ¶Primo er/ go ad spũale gaudiũ aplus nos hortatur et facit tria ¶Primo ostẽdit in quo gau dendũ ibi.Gau.ĩ do.Secdo qualit gau dẽdũ ibi.Mode.ve.Tercõ q̃re gaudẽd

ibi.dominꝰ ppe ẽ. Dicit ergo. Gaudete in dnõ et nõ in mõdo.sp.i.õi tpe tã in pro speris q̃z in aduersis.iac.j. Omẽ gaudiũ existimate fratres mei cũ in tẽp.va.ĩ cide. Gaudete ergo pro bono grẽ ĩ quo estis. Item gaudete ꝑ bono gl̃e qõ expectatis.mat.vj. Gaudete ⁊ exultate q̃m am merces vestra multa est in celis esa. lx. Gaudens.s.de merito gaudebo ĩ domino.s.õ ꝑmio. Non igit gaudete ĩmõdo sz in dnõ.i.sup misericordia dei q̃ se ĩ carnauit in virginis vtero. Iteruz dico gaudete.qz filius dei carnẽ assumpsit p ꝓceptõem in virginis vtero.q̃nimo iterũ gaudete qz cito nascet et nobis apparebit p suã gl̃iosam natiuitatẽ.qz angeli de ipsa gaudebãt cantãtes gl̃a in altissimis deo.et pastoribus dicebãt. Euãgelizo vobis gaudiũ magnũ. Gaudete vt modestia vestra.i.modestũ gaudiuz vestrũ ⁊ modestia opa vr̃a nota sint omnib9 hoĩb9 nõ ad vanã gl̃az sz ad edificationẽ:vt ꝑ vos discant bene agere et bene gaudere et moderate opari.i.opera sua cum modo agere:ij.cor.vnj. Ideo debemus bona nõ tãtũ corã deo.sed etiaz corã hoĩbus.math.v. Sic lu.lux vr̃a corã ho.vt vi.op.ve.bona Et q̃ ẽ causa quare gaudere debem9.certe qz dominꝰ ppe ẽ qui est fons gaudij. Est enim ppe oĩbus ꝑ potentiã.essentiã.⁊ ꝑsentiã.imo omnib9. Act.xvij. In ipo enĩ viuimus mouemur ⁊ sumus. Sed iustis ẽ ppe ꝑ gratie infusionẽ et spẽalẽ ꝓtectõem.de quo est maxime gaudendum.

¶ Sequitur moralitas epistole.

¶ Gaudete i dnõ semp ẽc. Moraliter ad edificatõem nr̃am. circa hanc pr̃mã ꝑtem tria videam9. Primo quare xp̃i fidelibus sit gaudẽdũ. Scdo q̃re in domino et nõ in mõdo sit gaudendũ Tercõ quib9 ⁊ qũo dominꝰ ppe ẽ. ¶ E ¶ Circa ꝑmũ nota q̃ ꝓpter quinq; gaudebemus. Primo q̃ ad imaginẽ dei creati sumus.et ipe hoc tpe hõ fieri ad similitudinẽ nr̃am voluit.phi.ij. Semetipm exinaniuit.for.ser.ac.in simil.ho.factus. Magnũ gaudiũ valde qz deus ẽ hõ: et hoĩes sunt dij ⁊ filij dei.ps.lxxxj Ego dixi dij estis et filij excelsi oẽs. Ab hoc gaudio peccatores penitus excluduntur qz imaginẽ dei quã in seipis habent supplãtauerũt luto peccatoz.ita q̃ nihil appareat in eis.et sunt penitꝰ in bestias transformati.ps.xlvnj. Hõ cũ in ho.es.nõ ĩtel. ꝓpa.ẽc. Filiꝰ etiã dei nõ ẽ factꝰ hõ peccator.sz hõ iustus.ita q̃ neq; de sui creatõne nec de filij ĩcarnatõe peccatores gaudere possunt.imo melius esset eis si nati nõ fuissent nec filiꝰ dei incarnatꝰ.math. xxvj. Bonũ ei erat si natus nõ fuisz hõ ille. ¶ Scdo gaudere dẽmus.qz filius dei ad hoc natus est.vt illũmet nos dei sapĩa.vt nobis remittat peccata.vt nos iustificet.et vt nos de potestate dyaboli redimat.j.cor.j. Qui factus ẽ nobis a deo sapĩa et sanctificatio ⁊ iusticia: ⁊ redemptõ Ista sunt pmaxima beneficia q̃ filius dei nascens nobis ꝓtulit:et ideo ĩ eis multũ est gaudẽdũ Ab hoc gaudio peccatores seipos excludũt:qz sapiẽtiaz mundi et nõ dei volũt habere. pctã volunt retinere et ĩ eis viuere.diuicias pocius q̃z virtutes volũt possidere.⁊ ꝺ potestate dyaboli nolũt exire. Et ideo ĩ hac natiuitate de nullo possunt gaudere. renuunt enĩ verũ gaudiũ.et admittũt falsum et stultũ.qõ est de ludo taxillorũ et epulis et choreis ⁊ sic de alijs.sap̃.ij. Coronem9 nos rob et fruamur bonis.⁊ nõ sit pr̃atũ qõ nõ pr̃ãseat luxuria nostra. ¶ Tercio gaudẽ debem9 qz xp̃c ad hoc natus est vt sup nos regnet. Et iõ statuz natus a magis est adoratus.q̃ fuerũt ꝑmitie gentiuz. Realiter enĩ nos sumus iudei.i.xp̃m confitentes sup quos xp̃us

regnat ¶Math.ij. Ubi est q̄ natꝰ ē rex iu
deoꝝ. Uere hec est materia magni gau
dij qꝛ regē habemꝰ potētissimū adptegē
dū.largissimū.ad donādū misericordissi
mū ad pcēduꝫ.liberalissimū ad remune
randū.qꝛ mūmū fuitū valō remunerat
math.ix. Centuplū accipietis ⁊ vitā eter
nā pos. ¶Ab hoc gaudio peccatores sunt
penitꝰ alieni.qꝛ xp̄m sup se regnare no
lunt.nec eiꝰ legibus astringi ⁊ hocqꝛ iu
stū dominū nolunt. Sed sic volo sic iu
beo ē lex eoꝝ.luc.xix. Nolumus hūc re
gnare sup nos. Et iō cū potētia amicoꝝ
se iuuāt.pecunias p phas et nephas p
curant.pcere nesciūt.nec miseris subuei
re volūt.imo p verbo dāt alapā.p ala
pa vulnus.p vulnere interficiunt. nec
centuplā satagūt retributōez obtinere.
iob.xxj. Qui dixerūt dō rece.a no.sci.vi
.t.nolumꝰ. ¶ Quarto gaudē dēmꝰ: qa
ad hoc xp̄s natꝰ ē.vt nos spūali natiui
tate in filios dī regeneraret.iob.j. Dedit
eis ptātē filios dī fieri. De quo multuꝫ
est gaudendū.qꝛ ī hac natiuitate omnia
nobis pcit.et vestē polumita vtutum.qꝛ
nos dignos facit nuptiarum regis eterni
strenue mō vestit et in filios dī adoptat
Si aūt sumꝰ filij ⁊ heredes vt dicit Ro
viij. Hoc gaudio peccatores nō possūt
gaudē.qꝛ p peccatū in quo stāt omnia p
dunt:⁊ filiatōem dī et vestē virtutum ⁊
hereditatē regni ⁊ penitꝰ nudi remanēt
inter ribaldos dyaboli. ¶Apoc.iij. Dicis
diues sum ⁊ nullius egeo. et nescis: qa
tu miser es et miserabilis ⁊ cecus paup
et nudus. ¶ Quinto gaudē dēmꝰ quia
ad hoc natus est xp̄s vt nos dō ⁊ adin
uicem pacificet. Undō rex pacificꝰ signi
ficat vel vocat. Et iō statim in eius nati
uitate āgeli cecinerūt pacē dicētes. Gla
in excelsis dō. Et ī terra pax ho.bo.vo.
Intrans eī in mundū fecit cantare pacē
vadens p mōm fecit p̄dicari pacē. ⁊ ex

iens dō mōdo reliqt in testamēto pacem
io.xiiij. Pacē meā do vobis.pacē relin
quo vobis. ¶Ab hac peccatores excludū
tur.qꝛ nec pacē dī.nec pacem p̄mi. nec
pacē sui hēnt.esa.lxvij. Nō est pax īpijs
dicit dominꝰ. ¶ Secdō videndō quare in
deo et nō in mōdo gaudendū sit. ¶ ℣ ¶
Ubi nota q̄ ppter sex in deo ⁊ nō in mū
do gaudendō est. ¶ Primo qꝛ gaudiuꝫ
mundi ē fatuū ex fatuitate pcedēs. Assi
milat enī risui frenetici.qꝛ ridet imminē
te morte.q̄ndo oēs sui ploꝝāt et ipe ridꝫ.
Sic mōdani gaudēt imminente imo existē
te morte.quādo sꝛ serui dī ploꝝāt.qꝛ co
gnoscunt nocumentū mortis anime. Et
hoc īnuit xp̄c q̄ndo fleuit sup hierl̄m gau.
.d. Si cognouisses et tu suppple fleres.lu
ce.xix. Cōpatiēt dī filius ⁊ ploꝝat p nobis
hō patiēt et ridebit. Et sic ptꝫ q̄ gaudiuꝫ
mōdi ex fatuitate pcedit. Item est fatuū ab
effectu qꝛ hoīem infatuat. Est enim sicut
vinū qō inebriat hoīem nisi tempet aq̄.
sic gaudiū mōdi nisi memoria aduersoꝝ
tpetur ¶Propt qō dꝛ ecc.xj. In die bono
rū ne immēoꝛ sis maloꝝ. Et itez ecc.vij.
Coꝛ sapiētis vbi tristicia est. coꝛ stultoꝝ
vbi leticia. Huiꝰ exemplū ptꝫ in salomo
ne.qui nō p̄hibuit coꝛ suuꝫ q̄n omni vo
luptate frueret.vt ptꝫ eccs.ij.et iō infatu
atus fuit. Gaudiū aūt dī ex vera cā pce
dit.et facit hoīem tpatū.⁊ iō in dō ⁊ nō ī
mōdo gaudendō est. Secdō qꝛ gaudium
mōdi ē breue.⁊ cito mutat.iob.ij. Gaudi
um ypocrite.i.mōdi.q̄ est ypocrita ad in
star p̄ncti. Gaudiū mōdi nullā stabilita
tem habꝫ.nisi sicut serenitas martij. ecc.
xxvij Stultus.i.mundꝰ q̄ semp stultisat
vt luna mutat. Gaudiū āt in dnō est p
petuū.qꝛ hō dō gaudio grē trāsit ad gau
diū glē.math.xxv. Serue bone et fidelis
ꝛc.intra in gaudiū dnī tui. Joh.xvj.gau
diū vestꝝ nemo tollet a vobis. ¶ Tercio
qꝛ gaudium mōdi non est plenū neqꝫ pu

ficiū deo.scz ō duob⁹ vitul'⁊ vno ariete et vij.agniculis et vno hirco.q̄ p̄ pcto⁊ expiatōe ꝓpli offerebāt. Scōz fuit festuz pasce qō incipiebāt xmj.die lūe p̄mi mē sis scz apr̄il'.hēbāt eni mēses lunares eo⁊ dē mō sicut nos. In q̄ totus ꝓplus p̄ familias et domos suas,xmj.die ad vesp̄am īmolabat hedū.⁊ silr̄ q̄libet familia co⁊ medebat illo sero agnū assuz igni.⁊ ō sā guine tingebāt sup̄ limīaria domoz. Et hoc festū durabat.vij dieb⁹.l.vnj.ꝑputā do p̄mas vesp̄as in q̄b⁹ incipiebat.fe⁊ stū in quib⁹ oīb⁹ debebāt ꝑmedē azima ꝑm⁹⁹ ⁊ vltim⁹ erāt solēnes. Et in q̄li⁊ bet istoz.vij.diez faciūt sil'e sacrificiuz si cut in kalēdis. Et hoc ē festū de q̄ in p̄se⁊ ti euāgelio fit mentō.ad qō iesus cū pen tib⁹ ascendit. Terciū festū fuit nouaꝝ frugū. In q̄ offerebāt panes nouaz fru⁊ gū. In q̄ sicut in kalēdis sil'e sacrificiū fa cere tenebantur. Et hoc fiebat.l.die a pa schate ī penth.q̄ndo data fuit lex Quaꝛ tū festū fuit tubaz.q̄ndo israel fuit libe⁊ rat⁹. Tubis ei ⁊ coꝛnib⁹ vtebant. Qō fi ebat p̄ma die.vij.mēsis.scz septēbꝛis. In quo offerebāt sil'e sacrificiū sicut in kal'. Scz erat duplicatū scz ꝑ kl'.et ꝑ festo qō erat in kal'. Quintū fuit festū ꝓpiatōis quod fiebat.x.die septembꝛis. in quo of ferebāt sil'e sacrificiū sicut in kal'. In q̄ ō bebant in p̄nia se affligere p̄o peccatis vt deus ꝓpici⁹ fieret eis.⁊ delicta p̄ce:et et peccata. Sextuz fuit scenophegie.i.fi⁊ xio tabernaculoz.quod fiebat.xv.die se ptembꝛis et durabat octo dieb⁹. Prīa dies et octaua erāt solēnes. Exibant eī extra domos suas.⁊ habitabāt sub vm bꝛaculis octo dieb⁹ in mēoꝛiam. q.xl.ā⁊ nis sub vmbꝛaculis in deserto bītabāt quolibet istoz diez magnū sacrificium offerebāt. Nā p̄ma die offerebāt in sacꝛ ficium.xmj.vitulos.⁊ xmj. agniculos:et duos arietes.hircū p̄o peccato.et sic fa⁊ ciebant omni die vsq; ad septimū īclusi ue.excepto q̄ a p̄mo dievsq; ad septimū minuebant vnū vitulū. Die vero octa⁊ uo sicut ī kal'.sil'e faciebāt sacrificiū. istō festū et festū nouaꝝ frugū.s.penth.⁊ pa⁊ sce erant valde solēnia apud iudeos. et erat p̄ceptū. vt patꝛ.exo.xij.q̄ in bis tri bus solennitatib⁹ oēs masculini sex⁹ de bebāt se in hierusalē ad templū p̄senta⁊ re coꝛā deo. De duobus āt p̄mis po⁊ terat homo ꝓpter infirmitatē.et vie lon gitudinē excusari. De terciovero scz ō festo pasce null⁹ poterat nisi ꝓpt infirmi⁊ tatē legittīe excusari. Ad hoc ergo festū pasce ascendit iesus cū pentibus suis in hierusalē.et steterunt ibi.vij.dieb⁹.q̄bus expletis redierūt in nazareth. et puer ie sus remānsit in hierusalē.⁊ hoc nescierūt pentes eius. Cum āt venissent nazareth et non inuenissent eū:crediderunt eum esse in comitatu.i.cū alijs qui eos fuerūt comitati in via et cum eis uerant. et sic p̄ma die q̄euerūt. scd̄a aūt die ceperunt eū q̄rere inteꝛ cognatos et notos.i.inter ꝓsanguineos et notos cū quib⁹ crēdbāt eu⁊ esse.⁊ p̄ totā diem illū nō inuenerūt Die tercia regressi sunt in hierusalē et ī uenerūt eum in medio doctoz audiētē illos et interrogantē.⁊ oēs mirabantuꝛ sup̄ p̄udentia eius que ap̄parebat in in terrogatōibus et respōsionib⁹ suis. Ex qūo.potuit eē q̄ puer tāte diligētie p to⁊ tā diē nō requireret a pentib⁹ Et di.glo. q̄ mos erat iudeis eūtib⁹ ad festa q̄ mu lieres ibāt seoꝛsum et viri seoꝛsum.⁊ pu eri poterant cū vtrisq; ad libitū ābulare Et ideo beata virgo credebat eū cum io seph ambulare.⁊ eꝗuerso.et isto modo nō credebāt eū in hierusalez remansisse Et dixit mater ei⁹ ad illū. Fili quid feci⁊ sti nobis sic.ꝛc. Et ait filius. Et quid est q̄ me querebatis? Nesciebatis q̄ in bis q̄ patris mei sunt optet me esse.q.d. Imo

do iam tempus appropinquat vt inci/
piam ostendere ad quid veni. quia ad p̄
dicandū ⁊ docendum et querendū loca
et animas que patris mei sunt. Unde q̄
si tunc intrauit possessionē templi. Sed
nōne sciebat virgo ad quid filius vene/
rat. Dicendū q̄ beata virgo sciebat ī ge
nerali ad quid filius venerat. nesciebat
tamē q̄ntū ad oīa pticularia in quibus
instruebat ꝙtidie ⁊ videndo ⁊ audiēdo.
Et sic intelligendū ē qđ sequit. Et ipi nō
intellexerūt verbū qđ ipse locutus ē eis.
Uel nesciebatis q̄ in his que patris mei
sunt oportet me eē. i. nesciebatis q̄ pater
spūalis p̄ponendus ē carnalibus. ⁊ idō
debui de cultu dei. ⁊ aiarū salute curare
non obstāte q̄ me dolentes ḡreretis. et
hoc ipsi non intellexerūt. Et dscendit cū
illis et erat subditus illis. i. reuerentiaz:
et obediētiā exhibendo. Et maria tāq̄z
archa sapiēcie ꝓseruabat omnia verba
hec. que postea retulit beato luce scribē/
da posteris: ne laterent. Et ihesus pficie/
bat etate. quo ad se: p incrementa mem/
broꝝ et tpoꝝ. Ore. Juxta naturaz hoīs
de infantia in iuuentutē p̄cedebat. Et si
milit̄ pficiebat sapiēcia et gratia apd de
ū: fm eius gloriā ⁊ apud hoīes ad q̄rz
salutē accedebat sapiētia ⁊ grā ei⁹. Non
ei in se pficiebat sapīa et grā qui fm ani
mā ab instanti sue ꝓceptōis recepit plei
tudinē sapiēcie et gratie non ad mensu/
rā. fm vero psonā nullā pfectōez recepit
sed erat ipa pfectō sapie ⁊ gracie. q: pso/
na erat filij dei. Christus enī fm psonaz
habuit sapiētiaz diuinam. que ē causa ⁊
fons omnis sapie ⁊ boni. ⁊ fm animam
quā assumpsit habuit scientiā humanā
q̄ est duplex. s. intellectiua ⁊ practica. In/
tellectiuā habuit infusaz a deo. q̄ aīe cre/
ate xp̄i statim oēm scientiaz ⁊ sapientiaz
infudit et gratiā spūssancti. non ad men
surā. In hac ergo sapiētia et gratia xp̄us
nūq̄z pfecit sz pfecit ī vsu ipsay. s. ī sciēcia
practica. et exprimentali: quādo ipas ad
opatōes applicabat. hebre. v. Didicit ex
his que passus ē obediētiā. Ostensio er/
go sapie et gratie eius pficiebat apd ho
mines q̄ inde edificabant ⁊ saluabantur
apd deū q̄ imd glorificabat. Sapīa ergo
refert ad p̄dicatōez eius. et gratia ad cō
uersatōem ex q̄bus surgebat pfectus v̄
bi ⁊ exempli. Sic ergo in vsu sapie ⁊ gra
cie pficiebat apud deū ⁊ homines vt di/
ctum est. Et sic patet litera. ꝛc.

Moralitas.

Moralit āt ad edificatōem nrām nota
q̄ totū hoc euāgeliū est plenū exemplis.
Ex nāq̄z vt dictū ē hoc ē p̄mū euāgeliuz
quod de opib⁹ xp̄i narrat. decuit vt to/
tum exēplis radiaret. Inuenim⁹ āt ī eo
tā ex pte xp̄i q̄z ex pte virginis gl̄iose vi/
ginti magne edificatōis et informatōis
exempla. ¶ Ex ¶ Nā ex pte xp̄i sūt. xij.
et ex pte v̄ginis sunt octo. Primū quod
a xp̄o hēmus ē vt a puericia bonis opi/
bus assuescamus. q: puer ascendit in tē/
plū in festo ad orandū et disputādū. Qz
fm phūz ex actib⁹ bonis generat habit⁹
vtutū: que faciūt delectabilit̄ ⁊ faciliter
opari sicut et natura. Delectatō autem
pficit opatōem. quēadmoduz pulcritu/
do iuuentutē. vt ibidem phūs di. Et īde
vt opus dei sit facile ⁊ pfectum. oportet
q̄ a iuuētute ūcipiat. Propt̄ qđ dr̄ tre.
nj. Bonū est viro cū portauit ab ado. sua
ꝛc. mat. xj. Col. iij. m. s. v. iij. e. m. s. ē. ꝛc. Illi
āt qui non in iuuentute sed in senectute
volunt iugum xp̄i ⁊ onus penitēcie sub
ire. nimis est difficile atq̄z graue. Mat.
vij. Arta est via que ducit ad vi. ⁊ pau.
am. p eam. Exemplū de virgulto plican
do. et de arbore grossa. Eccl. xxx. Curua
cervicem a iuuentute. Quia vt puer. xix
dr̄. Qui a puericia delicate nutrit seruū
suuz. i. corpus postea sen. e. cō. ¶ Ecdm

est vt p9 q3 ceperum9 in via dei ãbulare ĩ ea pseuerem9 q2 alijs recedẽtib9 iesus in templo remãsit. Q2 vt di. ber. Sola int̃ vtutes pseuerantia coronat̃ Quidam non possunt audire vnã missaz. sed statĩ eleuato corpe dominico fugũt. Contra ꝗs dr mat. x. Nõ q̃ inceperit sz q̃ pse. sal. e. In cꝰ figura mãdatũ ẽ in lege. vt cauda animalis sp deo immolaret̃ vt patet leuit. nj. Et vxor loth q2 nõ pcessit iugit̃ ãte sz ꝓuersa ẽ retro in statuã salis ẽ trãsformata vt p3 gen. xix Propt̃ qđ xpc venientibus ad se discipulis ait illis luce. xij. Memores estote vxoris loth. Q2 neo mit. ma. suã. adara. ⁊ re. re. ap. ẽ. reg. dei. vt dr in eod. ix. Terciũ. est vt ꝓsanguineos et notos amicos fugiamus ⁊ mũdanos q2 iesus inter ꝓgnatos non est inuẽtus. Sic inter ꝓsanguineos ⁊ mũdi b9 amicos iesus. i. salus nõ inuentur. Raro enim vel nunq3 suadent pentes filijs ⁊ ꝓsanguineis nisi ea que mundi sunt ĩ q̃bus anima pdit. mat. x. Inimici homis domestici eius. Propterea dixit dominꝰ abrae. gen. xij Egredere de tra tua ⁊ dõ ꝓgnatõe tua et de domo patris tui. Imo qđ peius est pleriq3 pentum faciũt licut corui qui pullis suis escam non mistrãt nisi post tres dies duz vidẽt eos nigras plumas emittere sicut ipsi. Sic multi filios suos odũt nec videre volunt nisi sequantur in astucijs mundi et negocijs lucratiuis. vt qualis pater talis sit ⁊ filius. Propterea dominus ait luc. xiiij. Si quis ad me venit ⁊ nõ odit patrez et matrem suam. ꝛc. nõ põt meus esse discipulus. Unde cuidã xpc dixit. Sequere me. Qui respondit. Dnẽ pmitte me p9 sepelire patrem meum. Christus respondit. Dor. sepeliãt. mor. suos. luce. ix. Et biero. di. q3 summũ genus pietatis ẽ. sz in boc parentibus esse crudelem. sz in non eis obediendo in eo qđ a di seruicõ eos retrahere conatur Quia vt di. aug. Diligend9 ẽ generator. sed ꝓponend9 ẽ creator. Quartũ est vt si deum pditũ p peccatum reuuenire cupim9. pacẽ habeamus. q2 non nisi in hierusalem: que visio pacis interptatur se inuenire pmisit. hebr. xj. Pacem et sanctimoniaz leq̃mini cum õnib9 sanctis. sine qua nemo videbit deũ. ps. In pace factus est loc9 eius. Unde aplis suis hereditario iure in testamento pacem reliquit. d. Pacez meã do vo. io. xiiij. Unde ingrediẽs mũdum et vadẽs pmõm: egrediens mõm: pacem predicauit. tanqm necessariaz ad salutem. luc. ix: In quãcunqz domũ intraueritis dicite pmum. Pax huic domui. Quintũ est vt deũ in loco debito sz in templo dnĩ p orõnẽ queram9. qa ibi non alibi xps inuentus ẽ. Nõ inueĩtur deus in plateis. q2 ibi varietates: et detractões. Non in curijs. q2 ibi piuria et false accusatões ⁊ sententie Non in apotecis. q2 ibi multa mẽdatia et decepti ones. Nõ. in tabernis. q2 ibi totalit dyabolus et non xps. Sed in ecclesia. Est autez duplex ecclesia sz magna et pua. Magna vt ecclesia materialis. pua: vt camera vel cella hominis. In vtraq3 inuenit̃ deus. Sextũ ẽ vt tpe ꝓgruo sz per triduuz deum queram9. q2 xpc non nisi p triduũ potuit inueniri Prim9 dies sit ꝓtritionis. Sc̃s ꝓfessionis. Terc̃ius satisfactõis. Quidã habẽt primum et nõ sc̃m vel terciũ. quidã habẽt pmũ sc̃m et nõ terciũ. ⁊ ideo dũ nõ ĩueniunt exo. viij. Uiã triũ dierũ pgem9 in solitudinem ⁊ sacrificabim9 dnõ deo nr̃o. Tales eĩ deũ inuenũt. Septimũ ẽ vt debitũ modõ inq̃rẽdo deũ teneam9. q2 a pentib9 dbitũ modũ tenẽtib9 pmisit se inueniri q̃ fuit in eo q9 solicite dolorose ⁊ pseuerant eũ q̃sierũt. Vade ⁊ tu fac silr. Et sic patet q9 inq̃rẽdo deũ tria debẽt obser

uari. scz debitus locus. ꝑgruus temp⁹ ⁊ decens mod⁹. Et p ꝓtrariū triplr errat inquirēdo deū. s. in loco. tpe. ⁊ mō. sicut ī q̄cunq; alia re. vt di. ber. Quidā enī errant in loco. q; q̄rūt eū vbi nō est. et hoc tripliciter. Primo sicut carnales quoꝝ ds venter ē. q̄ q̄runt deū in delicijs carnis in quibus nō ē. q; spūs ē deus cant. nj. In lectulo meo p noctē q̄siui quē dilexit anima mea. quesiui eū et nō inueni. Q; vt di. aplūs. j. coꝝ. xv. Caro et sanguis regnū dei non possidebunt. Secdo sicut auari qui adorāt crucē numi. q̄ q̄rūt eū in diuicijs. osee. v. In gregibus et armētis suis vadēt ad q̄rendū dominū. Sed ibi nō inuenīt q; ds ē pfectū bonū. Sed diuicie multā amaritudinē habēt anne xā. et in acquirendo et ꝓseruando. ⁊ ip̄edendo. Magis āt in ꝓtrario repitur. s. ī pauptate q; paup factus est ds mat. v. Beati paupes spū q̄niā ip̄. ē reg. cc. Tercio sicut vaī glorioſi supbi. q̄ gliaꝝ hoīs diligunt magis q̄ꝫ dei. q̄ q̄rūt euꝫ in dignitate honoris mundani. sed ibi nō īuenitur. q; deꝰ non ē in falso honore sꝫ in vo. Honorāt mūdanus falsus ē. q; nō ē reuerentia exhibita in testimonīū vtutis. sed ē honor pānoꝝ ⁊ diuiciaꝝ q̄ exhibetur malis sicut ⁊ bonis. Et iō xp̄s nō ē īuentus a magis in domo herodis. palatio regali. sed in stabulo. In vero aūt honore q̄ ꝓsistit in virtutibus ds optime īuenīt. De his tribus dr iob. xxviij. Nō inuenitur in terra suauiter viuentium. quo ad p̄mos. abyssus di. non ē in me. q̄ ad scdos. et mare loquit. non ē mecuꝫ. q̄ ad tercios. Ubi ergo inuenīt deus Certe in anima hūili ī templo dei ꝓmorāte Aug. Excelsus es dnē ⁊ hūles cordē sūt domus tue. Et in eloq̄o diuino: mathei xvij. Ubi duo vel tres ꝛgre. f. i. n. m. ibi .s. e. i. m. coꝝ. Et iō xp̄c in templo diuina colloquēs inuentꝰ fuit. Hoꝝ figura ba-

betur. nj. reg. xix. de helya: q̄ndo voluit videre deū et dictū est ei vt iret in debitū. et staret in foramine petre. et ecce spūs grandis. i. ventus subuertēs montes. et cōterens petras. ⁊ ibi nō domi⁹ ⁊ ecce cō motō magna. i. tremotus. ⁊ non ibi dominus. et ecce ignis magnus. et non ibi dominus. et ecce sibilus aure tenuis. et ibi domi⁹. Per foramē petre ecclesia dr designatur. p spm grandē supbia honoris. p ꝓmotōem magnā tumultus diuitiaꝝ. p ignē magnū luxuria. q̄ ignis ē vsq; ad ꝓsummatōem deuorans. vt dr iob xxxj. p sibilū aure tenuis verbū dei ⁊ aīa sibilans verbū dei. ¶ Quidā errāt ī tpe et hoc tripliciter. Primo q; nō q̄rūt eū in triduo ꝓtritōis: ꝓfessionis: et satisfactōnis. vt factū est. Secdo q; q̄rūt euꝫ nimis tarde. s. in anxietate mortis cōstituti. Sic refert beda dr quodā monacho īanglia. qui in extremis ꝓstitut⁹ vidit infernū apertum. et dictū est sibi ab astāti⁹ q̄ dēret se recōmendare dō. Qui ait Tarde surrexi. Et put diceret deꝰ in adiu. m. inten. āteq̄ꝫ gloria p. diceret expirauit. Similiter dicit gre. in dyalogo de q̄dam romano. q̄ in extremis ꝓstitut⁹ vidit demones. ⁊ exclamās petijt indutias vsq; mane. et sic clamās mortuus ē. Tercō q; nō q̄rūt eū in tpe misericordie dputato. quod ē vita p̄sens. sꝫ iusticie. sicut ille dines epulo. de q̄ dr mat. xvj. q̄ nō leuauit oculos nisi q̄ndo erat in tormētis Et ergo deꝰ q̄rendꝰ ē. p triduū. āte mortē. et in vita p̄senti. sic enī soluꝫ īueniri potest. esa. lv. Querite. do. dū. īue. p. īuo. e. dū. p. ē. ij. coꝝ. vj. Ecce nūc tps accepc. ecce nūc dies salutis. ¶ Quidā errant in mō. et hoc etiā triplicit. Primo q; querūt eū solum verbis. d. Dnē adiuua me Mat. vij. Nō oīs q̄ d. m. d. d. in. re. ce. sꝫ q̄ fe. vo. p. m. Secdo q; q̄rūt eū solū extrī secul. Nā signāt se cruce. vadūt ad eccle

siam.ieiunant.dant elemosinas. dicunt pater noster.sed aīa ꝛ cor est in ptāte dyaboli ꝓpter peccatū mortale:qđ tenent esa.xxix. Populus hic la.m.ho.cor aūt e.lon.ē a me.sin.cā enī colūt. Ecōtra vult deus scz cor et aīam.puer.xxvj. Prebe mihi fili cor tuū. Gen.xxxj. Da mihi animas cetera tol.ti. Tercio qr non q̄rūt eū sup omnia sed infra multa.plus diligūt multa q̄z deū et iđo nō inueniūt. mat.x. Qui amat pa.ꝛ ma.aut f.aut ag.aut qđ cunqz aliud plusq̄z me.non est me dig. Est ergo querend⁹ đs verbis et factis. intrinsecus.et extrinsecus.ꝛ sup oīa alia et tunc inuenitur. Octauuz exemplum qđ a xp̄o habemus ē vt mediū i omnib⁹ factis nostris teneam⁹. Poeta. Medi uz tenuere beati.virtus enīz ꝓsistit i medio.et viciū in extremis. vt di.phūs. ga ꝓdigalitas que dat danda et non dāda ꝓsistit in extremis.similit auaricia q̄ retinet danda et nō dāda. Sed largitas q̄ dat danda ꝛ retinet retinēda tenet medium. Et ideo illa sunt vicia.et hec ē virt⁹ Et iō discretio đr mater oīm virtutū.qr in omnibus mediū tenet. Et iō xp̄us ad hoc ostendendū stetit in medio animaliū in natiuitate.in medio latronū i cruce.in medio discipulox suorum in resurrectōe.pviā ergo medij ābulare dēmus Esa.xxx. Hec est via ābulate in ea .neqz ad dexterā neqz ad.sinistrā. Hec est via regia ꝑquam filij regis eterni gradiuntur. Bonum exemplū ē vt in societate bonox maneam⁹. qr inter doctores inuentus ē. Quēadmodū scabies inficit socios.ita et praui mores inficiūt ꝛ boni informāt.ps. Cū scō.s.e.cū puer.puer. Et vide grande bonum et grāde malū Qr viuendo cū bonis acquirit fama.ꝛ si malū faciat vix credit.fama aūt maximum bonū est puer.xxij. Adelius ē nomē bonū q̄z di.mul. Viuendo aūt cum mal⁹ ditur fama. Et frequent đ quo nō habz culpā inculpat. Et ergo qui negligit famā stultissim⁹ est. Decimuz exemplū ē vt modū bonū in nostra ratōe et collocutōne teneam⁹.qr iesus audiebat ꝛ interrogabat. Multi ip volunt loqui nec loquentē finire ꝑmittunt sermonē. q̄ stulti reputant. puer.xvnj. Qui prius respōdet q̄z audiat stul.se es.demon.et ꝓfusi. dig. Et ecc.xxxij. Audi tacēs simul ꝛ quere ns. Talis enī modus est apt⁹ discipline et ꝓtrari⁹ ē generatiu⁹ ꝓtentōnis et iurgij. Ubi habem⁹ exemplū prius discendi q̄z docendi.qr xp̄s audiuit et iterrogauit ꝑusq̄z docuit.qđ est ꝓtra hereticos q̄ ꝑus docent q̄z didicerint. vtpote qui sunt cerdones et artifices Unde cimum exemplum ē vt pentib⁹ nostris subijciamur et eos in summa reuerētia hēam⁹.qr iesus q.tant⁹ erat subdit⁹ erat vni paupcule mulieri ꝛ vni fabro.ꝛ hoc est. Descendit cū eis ꝛ erat subditus ill'. Ber. Quis quib⁹ deus hominib⁹. vnū de.x.ꝑceptis ē hōrare pentes.exo.xx.honno.pa.ꝛ ma.ꝛc. In eodem.xxxj. Qui male.pa.s.l'mrī.mor.moriat.ꝛc. Ecc.nj. Honora patrē tuū.et si defecerit sensu veniaz da. Qr non ptinet ad filios corrigere pentes q̄z uis sint numis sensati ꝛ transuersi nisi reuerent et dulcib⁹ verbis nec dēnt eos verbis exaspare: vel deridere. puer.xxx. Oculū qui subsānat patrē.et despicit ptum mat⁹ sue. suffodiāt eum corui de torrentibus.et ꝓmedāt eum filij aqle. Di.phūs q̄ sūt q̄đ aīcicie q̄b⁹ non possum⁹ repēde eq̄les vices. sic pētibus mgris ꝛ djs. Si ei nos ꝛ nrā đo ꝛ pentib⁹ largiremur. nō possem⁹ eis ꝓdignaz mercedē rependē. q̄cquid ei boni hēm⁹ ab eis hēm⁹. Duodecim exēplū ē vt sicut etate ꝛ tpe.ita sapīa đi ꝛ grā opibus semper crescamus et proficiamus.quia iesus proficiebat etate q̄ ad se p̄cremēta

membroꝝ ⁊ tpm. et ꝓficiebat sapiẽtia et gracia apud deũ et hoĩes vt dictum est. Ergo nos facere debemus. vt in sapientia ⁊ grã ꝓficiamꝰ ⁊ crescamꝰ. Qꝛ vt di. greg. In via dei non ꝓficere. deficere est Qꝛ vt idẽ di. Amoꝛ dei nunq̃ ociosus sẽ magẽi opat̃ si ẽ. Si aũt opari desinit. iã amoꝛ nõ ẽ. ⁊ iõ assimilat̃ igni qui sp̃ ẽ in motu. Multi crescũt solũ etate ⁊ tpe: et nõ sapiẽcia ⁊ grã Esa. lv Puer centũ ãnorũ moriet̃ Cõtra quos apl's j. coꝛ xmj Nolite pueri effici sensibus. malicia aũt puuli estote. sensibꝰ aũt pfecti. Et multi crescunt solũ scientia speculatiua sed nõ practica et exꝑimentali: qđ tangit valđ clericos et religiosos q̃ oĩa speculant̃ et pauca opant̃. Et ad regnũ dei nihil ꝓficiũt. Qꝛ vt di. apls. j. coꝛ. xmj . Regnũ di non ꝓsistit in sapĩa verbi. sꝫ in ostensiõe spũs et vtutis. augꝰ. Surgũt indocti: et regnum dei rapũt et nos cuꝫ doctrinis nostris in infernũ dimergimur. Et multi crescũt sapiẽtia mundi et nõ dei. que ẽ aĩalis terrena ⁊ dyabolica. vt dꝛ iac. nj. biere. mj. Sapiẽtes sunt: vt faciãt mala bene ãt facere nescierũt. Et sic patent exempla exꝑte xp̃i ¶ k ¶ Exparte ãt virginis bẽmꝰ octo salutaria exẽpla. Primũ est vt in festis deuote ecclesias visitemꝰ ⁊ indulgentias reptemꝰ. qꝛ dꝛ de ciuitate sua iuut in paschate ad aliã ciuitatẽ ad templũ dn̄i visitandũ. Propt̃ hoc eĩ instituta sũt festa vt i eis ad ecclesias eamꝰ et ibi missaꝝ et p̃dicaciõem audiamus ⁊ deuote deũ oremꝰ et reliquias scտoꝝ visitemꝰ ⁊ indulgentias reportemus. Et vt. ista liberius faciamꝰ p̃ceptũ ẽ a dnõ: vt in festis opa seruilia non agamus qđ scdariũ est in festis. Multi ãt accipiunt solũ caudam ⁊ credũt se accepisse caput solũ eĩ ab operibus vacant. Exo. xx. memento vt di. sa. sancti. Sanctificare sabbatũ est ab opibꝰ sui libꝰ cessare ⁊ sãctis opibus intendere. Et iõ q̃ male agũt i sestus neutꝛ custodiũt qbꝰ nihil magꝭ nule q̃ꝫ peccatũ. p quod hõ efficit̃ seruꝰ. Joh. viij. Qui facit peccatũ seruus est peccati Decõm est vt filios sancta opa doceamꝰ qꝛ vadẽs ad festũ filiũ suũ secũ duxit. parẽtes enĩ duo debẽt filijs. s. nutrimẽtũ et documentũ. Et quale documẽtum certe dei. Sed heu hodie qꝛ solũ documentũ mõi dant eis. et de doctrina dei nihil curant et sic mittũt eos ad mortem infernũ matb. xmj. Tradet aut frater fratrem in mortez et pater filiũ. Et iõ filij i inferno surgent in pentes eos dẽtibus discerpẽtes Et ideo xp̃c ait. luc. xxvmj Filie hieru salẽ nolite flere su. me. sꝫ sup. v. ⁊ s. fi. ves. fle. qꝛ venẽt dies in qbus dicent. Beate steriles que nõ genuerũt. Tercium vt simus solicti de ꝓditõne filiorũ nostroꝝ vt salutẽ coꝝ ꝓcuremꝰ. qꝛ beata virgo filiũ ꝓditum solicite requisiuit. Multi et multe vidẽt filios suos a lupo infernali asportari et non clamãt neqꝫ aliquid curant. Ber. Cadit asinꝰ et ẽ qui subleuet. pit hõ et nõ est q̃ curet. Venit lupꝰ ⁊ omnes clamãt: venit dyabolus ⁊ nullꝰ obstat. Sic erat solicita mater beati aug. q̃ sicut solẽt flere matres filios mortuos. sic illa ꝓditõez filij sui q̃tidie flebat. vt d. aug. et non q̃euit donec ip̃m ad salutem reduxit. Quartũ ẽ vt pũ et discreũ modũ in arguendo filios teneamꝰ. vt non eos cũ deliquũt blasfememꝰ neqꝫ maledicta imꝑcemur. vnde ait. Fili quid feci sti nobis sic. Hic cadit exemplũ de istis septẽ filijs et filiabus quibꝰ mat̃ ꝓpter iniuriam ab eis receptã maledixit. qui statim tremoꝛe capitis ⁊ oĩm mẽbroꝝ conquassatõe vexati et suoꝝ ciuium oculos non ferentes p̃ mundum dispersi sunt. De quibus dicit beatus augustꝰ. q duo ipsoꝝ frater et soꝛoꝛ venerũt ad affricã et ad mẽoriã beati stephani sunt cu-

rati. Dēmus ergo ipos arguere vbis. et si indigēt vberare. ecc. nj. Unde latera ei⁹ dū unsans ē. Quintū vt q̄ndo iesum pdim⁹ p peccatū ipm cū dolore requira m⁹. vt dictū ē supra. q⁹ dolētes q̄reba. te Sic q̄siuit eū magdalena et inuenit ⁊ si bi apparuit. io. xx. Maria stabat ad mo. so. plo. Quidā volūt ipm ridēdo .inueī re dū nullā ꝓtritōem de peccatis habēt sed ridēdo ꝓfitentur. Sextū ē q̄ vxo res viros suos hōrent q⁹ beata virgo de stirpe regia quēdā faby q̄z ioseph viruz suū honorauit d. Pater tu. ⁊ e. do. q̄. zc. Eū ei ꝑmisit ⁊ patrē filij dīvocauit sicut et ipa vera mater erat. eundē hōrez sibi attribuens in paternitate ꝑdicta. q̄ ipi⁹ nutrici⁹ solū erat. Quantūcūq⁹ vxor no bilis sit ⁊ alta. debet in dictis ⁊ factis vi rū honorare ⁊ ei subesse. Sicut sara ho norauit abraā dominū eū vocās. Q⁹ vt di. aplūs. j. cor. xj. Uir caput est mulieris et ꝑpter ipm facta ē mulier Maxime āt debet ipm honorare vt custodiat cor⁹ suū ne cū altero fornicet. q⁹. id ēsūmū d decus viri. Et ꝑptera in lege talis mu lier mādata est lapidari. vt ptz deu. xxij. Septimū est vt legē dei iugit medite mur. q⁹ maria ꝓseruabat oīa vba. confe rens in corde suo. ps. cvnj. Meditabar in mādatis t. Et. ps. j. In leg. e. me. di. ac. deut. vj. Meditaberis ea sedens in do mo tua et ambulās in itinere tuo dormi ens atq⁹ ꝓsurgēs. Lex ⁊ verbū dei ē cib⁹ anime. mat. mj. Nō in so. pa. vi. ho. sed ī omni v. qd̄ ꝑce. d. or. d. Dībus aūt q̄ nō retinent cibū. nihil ꝓfert. Sic est de vbo dei In cuius figura mādatū fuit in lege moysi q̄ nullū animal nō ruminās offer retur in sacrificiū. Octauū ē vt ꝑsum ptionē sciēdi alta misteria dī abijciam⁹ q⁹ cū non intellexerit verbū qd̄ locut⁹ ē ad eos nō fuit īportuna vt ipm sciret cre dens aliquid magni in dicto latere. ro. xij. Nō plus sape q̄z oportet sapere. sed sa. ad so. Hoc est ꝓtra multos q̄ alta mi steria dei et subtiles questiones eorū in tellectum penitus excedētes scire volūt et de ꝑdestinatōe et trinitate: et vnitate dei. et corpe xpi. et similib⁹ .qui sunt ar guēdi et verberandi. ero. Et si bestia te tigerit montē lapidabit. Bestia est ho mo secularis qui vult tangere montem scripture. Solus moises ascendit mon tē ad loquendū deo. q⁹ solus hō cui re uelat deus secreta sua debet alta et ꝑfū da scrutari. In fine nota q̄dā miste rū. q⁹ in festis quando ies⁹ debet queri et īuenīri pdit. et in toto alio tempe non perdit sicut in festis. q⁹ festa sunt institu ta. vt hoīes vacent diuinis. vt dictum ē et ipsi vacāt potatōib⁹ ⁊ ꝓmesatōibus. et ludis. et vanitatibus et min⁹ essz ma lū operari q̄z sic facere. Et ꝑpter hoc fe sta nrā ī odiū deo sūt. esa. j. Solēnitates vestras odiuit aīa mea. Amos. v. Odi. et ꝑieci festiuitates vestras. et iō sarace ni qui nō solēnizāt festa deridēt xp̄iano rū festa. Tre. j. Uiderūt eū hostes ⁊ deri serūt. sa. e. Et qd̄ peius est. q⁹ in pascha ⁊ magnis solēnitatibus q̄ndo hō deberz magis sanctificari tunc magis se dissol uit et vane letat. Et breuit festa videtur ordinata soluz ad solatiū corpale zc.

De epistola sermo. XVII.

Obsecro uos fra tres per misericordiā dī vt ex hibeatis corpa vestra hostiaz sanctā deo placentem. Ro. xij. Sicut di cit aplūs ad ro. xnj. que a deo sunt ordi nata sunt. Oēs autez fideles sunt a deo per creationem et generationem. Ideo beatus paulus tanq̄z dei apostolus ad gentes conuertendas et ordinandas. in epistola hodierna omēs fideles nititur ordinare. vt re et nomine christiani. id ē

christi fideles simus filij. Et quia homo habet ordinē ad deū. a q̄ est. ad mundū in quo est. et ad p̄ximū cum quo viuit. ⁊ est. ido in hac epistola q̄ntū ad hec nos satagit ordinare. Que quidē epistola ī quattuor scindit. Primo eī ordinat nos ad deū ꝑm vnā p̄tem nostri. s. ꝑm corpus vt ip̄m hostiam viuentē deo offeramus In p̄ncipio ep̄le. Secdo nos ordīat ad mūdū. vt nos ei nō ꝓformare debeam⁹. ibi. Et nolite ꝓformari huic seclo. sz reformamini in nouitate sensus vestri. Tercio nos ordinat iterū ad deū ꝑm alias p̄tem nostri. s. ꝑz intellectū. ne plusq̄z oporteat et deceat sapiam⁹. ibi. Dico enī p gratiā dei que data ē mihi oib⁹ q̄ sunt int̄ vos. non plus sapere q̄z oportet sapere ꝛc. Quarto nos ordinat ad p̄ximū. vt vn⁹ alteri subueniat. ibi. Sicut ei ī vno corpe mł. mē. ha. ꝛc. Primo ergo ap̄ls ordinat nos ad deū ꝑm vnā p̄tem nostri. sz ꝑm corp⁹ vt ip̄m hostiā viuentē deo offeram⁹. Et hoc est. Obsecro vos fratres. i. per sacra adiuro. Est enī obsecratō petitō cuz adiuratōe. vt p natiuitatē xp̄i ⁊ p mortem. et filia. In q̄ ap̄li benignitas: ⁊ hūilitas demōstrat. q̄ nō impat sicut p̄lat⁹ ⁊ domi⁹. sed obsecrat sicut frater ⁊ seru⁹. cuz tamē magnus esset p̄lat⁹ ⁊ p̄ alijs ap̄lis. Sciebat enī q̄ anim⁹ boīs melius p blā da deducit̄ q̄z p violentiā trahat̄. Gene. Generosus ē aīm⁹ boīs ⁊ naturaliter cō tra p̄tātē recalcitrans. facili⁹ ducit̄ q̄z trahat̄. Unde supbos p̄latos q̄ alit̄ faciūt. dominꝰ īcrepat eos p ezech. xxxmj. c. di. Cū austeritate impabatis eis ⁊ cū potē tia. et dispse sunt oues mee. Sic fecit roboam filiꝰ salomonis. et ido ap̄ls nō acq̄euit ei. sed recessit ab eo vt patet. iij. reḡ xx. Obsecro inq̄m fratres. Et p q̄d obsecro. certe p mīam dei. sup. vobis factam Et sic est adiuratō nō solū p vnū bonuz sed p oīa bona q̄ xp̄c nobis fecit. q̄ omīa xp̄us motus mia nobis largitus ē. vnde ex miꝛicordia nos fide illuīauit. nos a peccatis absoluit. nobis dona ⁊ virtutes infudit. in filios dei regenerauit. de ptā te dyaboli nos eripuit. nobis celū apuꝛit. et p mortem suā saluos nos fecit. Ad tytū. iij. Nō ex op. iust. q̄ fec. nos sz ꝑm suaz mi. sal. n. f. In q̄ ostendit̄ magnus feruor apli. q̄ndo p oīa bona nrā nos adiurat. Quādo ei feruent̄ desideram⁹ aliq̄d ab aliquo obtinere. p illud q̄ magis amat eū adiuramus. Sic ap̄ls p dei miserico diā. quā magis amare debem⁹. nos adiurat. que magis apparuit in eo q̄ sanguīnē suū p nobis fudit. Et ido ap̄ls vt frāgat corda nostra adamāte duriora adducit sanguinē xp̄i. Quia si adamas sanguine hirci frangit̄. multo magis corda nostra dēr̄ent sanguine xp̄i frangi. In ei⁹ effusione ꝓsistit miserico diā dei. Et q̄d obsecro. Certe. vt exhi. cor. vel. nō corpa aīalium sicut iudei ātiq̄tus. ps. xlix. Nō accipiā d̄ de. t. vi. Uestra di. non aliena Sunt enim aliq̄ q̄ de alieno corio lōgā correigiam faciunt. Ro. vj Sicut enīz exhibuistis membra vestra ser. immū. ⁊ in iq̄. ad iniq̄. ita nunc exhi. ser. iust. in sanctificatōem. Exhibete dico corpora vestra hos. deo per carnalium desideriorum ⁊ opm mortificatōem. gal. v. Qui aūt sūt xp̄i car. s. cru. cū vi. et con. Coll. nj. Mortificate mēbra. ve. que sunt sup ter. ij. corj. Ep mortificatōez ihesu in corpore vestro circūferētes. Et hoc iustū est. q̄ ip̄e corpus suum in ara crucis hostiam d̄o p̄o nobis im molauit. Nota q̄ ab hostia immolanda totus sanguis effundebatur iuxta altare. Sic iuxta crucez christi que est altare dei. de quo edere nō habent potestatem qui tabernaculo seruiunt. hebreo. xnj. debemus consumere in penitentia vitam carnis et sanguinis. Luce. ix. Qui vult venire post me abne.

se.id est vitam carnalem et animalem et tol.cr..s.ẽc.gal.vj.xpo ꝓfix⁹ sũ cruci.m'ti ꝓsumũt vitã suã iutili labore.sed nõ iuxta crucẽ xpi. ¶ Secãt hostia qnqz dz brẽ. Primo dz hostia esse īmolata deo p carnis mortificatõez. Secõdo dz esse viuẽs p caritatis feruorẽ. Tercio debz eẽ sancta per christi sanctificatõem. Quarto debet esse deo placẽs.per hilarem oblatõem. Quinto debet esse rationalis.p discretionis circumspectionem. Primum patet. ¶ Secundo debet esse viuens hostia:per caritatis feruorem. Et hoc est exhibete deo hostiã viuentez.scz per caritatem que facit opera viua.cuz sit forma virtutum. Et ideo qui non diligit manet in morte et facit opera mortua. Vel viuentẽ p fidem que p dilectõem operat.q; fides sine operibus mor.ẽ. vt dr iac.ij.abac.ij. Justus in fide sua viuet In veteri lege offerebat hostia mortua. Et hoc est recte.quia de morte temporali. transibãt ad mortẽ eternã.s.ad carentiã visionis diuine cui obligati erant.sz modo cessauit illa obligatõ.et aperta est ianua ad vitã. ergo viuens hostia a filijs vite debet offerri. Nota q; quidam offerunt hostiã mortuã et nõ viuam.s.q; corpus suũ in ecclesia dr vẽdicant sepeliri.z nõ cessant a peccatis. Corpus mortuuz sepelitur in ecclesia z anima viua in inferno.luc.xvj. Mortuus ẽ dr.z sepul. in iferno Itẽ q; carnẽ suã affligũt siue p ieiunũ siue p orõez. siue q̃cũq; alio mõi peccato mortali existẽtes Itẽ viri religiosi q; corpe sũt in claustro. z corde z mente in seculo. Tales inique diuidũt.quia dãt corpus deo et animã seculo. Mors autem est sepatio anime a corpore. et iõ cũ sit anima in seculo per amorem et iugez meditatõnem.corpus remanet mortuum in claustro quod offerunt deo. Qz vt dicit augusti. Magis est anima vbi amat q̃m vbi animat. Et talibus cũ sint in continua morte.est eis claustruz maxima pena et quasi carcer. Tercio debet hec hostia esse sancta et hoc triplicit sm qõ sanctum tripliciter dicit. Naz sanctũ vno modo idem est q; sine terra. Debet enim hostia nostra esse sine spe retributionis terrene sed solum pro spe retributõnis eterne Math.vj. Nolite thesaurisare vobis the.in ter.the.aũt vo.thes.i cel. O deus quot sunt qui tibi seruiunt soluz pro tempali mercede.z qui q̃runt bonas prebendas.z in omnibus spũalibus querunt solum tempalem mercedẽ. Malac.j. Quis est in vobis q; claudat hostia z incẽdat altare meũ gratuito. Secundo sanctum idem est qõ firmatum. Debet ergo hostia nostra esse firma et stabilis z perseuerans.quia non qui ceperit sed qui pseuerauerit.hic salu⁹ erit math.x. In cuius figura cauda animal' semp debat in sacrificio offerri.vt patet leui.nj. Tercio sanctum idem est qõ sanguine tinctum. Debet enim hostia nostra esse tincta virtute sanguinis christi quia nisi sanguis christi stillet super eã: nihil valet.eo q; non potest nos a peccatis mũdare nisi in virtute sanguinis ei⁹ hebre.ix. Sanguis christi emũdauit cõ scientiam nostram ab operibus mortuis. In cuius figura in veteri testamento omnia pene mundabantur in sanguine.z sine sanguinis effusione non fiebat remissio.vt dicit apostolus ad hebreos ¶ Quarto debet hostia nostra esse placẽs dõ per hilaritatẽ.vt libenter et non cum tristicia et murmure hostiam immolemus. quia hilarem datorem diligit deus.vt dicit apostolus.ij.corinthe. ix. Math.vj. Cum ieiu.no.fi:ficut yp.ẽ. Vel debet esse placens deo per rectam intentionem. vt soli deo placere velimus:et non hominibus sicut ypocrite

Quinto dēt esse discreta. Et hoc ē rōna/
bile obsequiū vestȝ sup. sit p discretōez.
per quā oīa perfecta et fructuosa reddū
tur. bern. in epla ad carthusiēs. Denuo
sunt et alia corpis exercicia. sicut sunt vi
gilie et ieiunia et alia hmōi. que spūalia
non impediūt. sz adiuuāt si cuz rōne et di
scretione fiant. que si ex indiscretōis vicō
sic agunt. vt vel deficiēte spū vel languē
te corpe spūalia impediāt. q sic agit cor/
pori suo tollit bonū opis effectū. spūi af
fectū. primo exēplū. et dō honorē. sacrile
gus est. ⁊ hoc oīm in deū reus. leuit. ij.
Quicqd obtuleris sacrificij sale ꝓdies.
Tamē cauendō est ne nimis d̄ sale pona
tur. Quidā enī nimis discreti sunt in tā
tum vt nihil pene vel doloris velint su/
stinere. Et iō subūgit bern. ibid. Justū ē
caput q̄ndoq; dolere in seruicio dei qđ
olim sepe laborauit in vanitate seculi esu
rire ventrē vsq; ad rugitū q̄ sepe supple/
tus est vsq; ad vomitū sz mod⁹ in omi/
b⁹ tenend⁹ ē. Rōnabile ergo sit obsequi
uz vestȝ. Et sic petet p̄mū ¶ Scdo nos
ordinat apls ad mundū q̄ten⁹ ei confor
mari nō dēam⁹. d. Et nolite cōformari
huic seculo. Et hoc dupliciē. Primo p
amorē. q; amantē similat amato vt in il
lud trāsformet. osee. ix. Facti sunt abhoī
nabiles sicut ea que dilexerūt. Sicut ei
calor disponit cerā. vt fiat silis sigillo ip̄res
so. sic amor disponit aīam vt amato sibi
ꝓiuncto assimilet. Et ē tāta hec assimila
tio ⁊ ꝓformatō vt amator mūdi mūdus
dicat. 1oh. i. Mūd⁹ eū nō cognouit. ppt
hoc di. 10. j. Can. ij. Fratres nolite dilige/
re mun. neq; ea q̄ in mdo sunt In mūdo
sunt tria. vt ibid dr. s. ꝓcupiscētia carnis
ꝓcupiscentia oculoȝ. ⁊ supbia vite. hec
sunt mundi q̄ mdani diligūt. scz diuicie
delicie ⁊ hōres. q̄ dilectores suos pdūt
et derelinquūt. saltē in morte. Scdo per
opatōem vt non ꝓformemur actib⁹ mū
di q; mali sunt. Peccatores sunt simee
mundi q; oīb⁹ actib⁹ mdi nituntr sūmo/
pere ꝓformari. et idō non possunt eē bo
stia di. In cuius figura in lege mādatū est
q̄ oē aīal ābulās sup uan⁹ vt simea. sit
imundū. nec de ipo possit fieri sacrificiū
vt patet. leuit. xj. Itē sunt sicut cameleō.
q̄ ad oēm colorē sibi apposituī mutat. ita
peccatores ad oēm impssionē mali quā
habēt siue p auditū siue p visuz. statiz af
ficiunt ad illud et illud cogitāt ⁊ deside/
rāt. ezech. xxxj. Cūqz vidisset viros depi
ctos in pariete insonuit sup eos ꝓcupi/
scentia oculoȝ suoȝ. Et nota q̄ huic se/
culo nullo mō debem⁹ cōformari cū sit
aīal monstruosuz. Est ei illa bestia: quā
vidit io. in apoc. que hēbat capita. vij. ⁊
cornua decē. et sup cornua eius decē dy
ademata. et sup caput ei⁹ noīa blasphe/
mie: ⁊ similis erat pardo. et pedes ei⁹ si
cut pedes vrsi: ⁊ os eius sicut os leonis
Et hētur. apoc. xxxj. Peccator q̄ mūd⁹
dr ē bestia. q rōe nō vtit sicut bestia. duz
nō ꝓsiderat finē suū. Septē capita sunt
septē vicia. que peccatori siue mūdo do
mīant. Vicia enī regnāt in mūdo et nō
vtutes. Tot enīz dnōs hz peccator q̄t vi
cia i eo regnāt. 10. vnj. Qui facit pecc. ser.
ē peccati. Decē cornua sūt. x. trāsgressio
nes dcalogi q̄b⁹ pctor deū ipugt. Decē
dyademata sup cornua signt glāz quaz
hēnt pctores d̄ suis peccatis puer. ij. letā
tur cū malefe. ⁊ ex. i. re. pes. Hoīa vo bla
sphemie sunt verba quibus peccatores
le excusant. et deū accusant dicētes oīa
eē p̄destīata. ⁊ ex necessitate veīre. Per
pardū uero q̄ est varij coloris itelligun/
tur duplicitatis varietates. q; mdania
lud dicūt ⁊ alid faciūt. Pedes vo silēs
hz vrso qui similes sunt manib⁹ hūanis
q; mundani habēt opa similia opibus
hoīm sed nō sunt sed potiꝰ bestiaȝ opa
sunt Mūdani. sicut vrsus mel ꝓcupiscit

et sequitur sine frenore ita ꝓcupiscũt et se quunẽ dulcedinẽ tpalem vsqz ad mortẽ Os vero cor est sicut os leonis fetiduz qz fetet corã dõ et sanctis eius. ps. xmj. sepulcr pa. e gut. cor. Nolite ergo inquit aplus huic seculo ꝓformari: sz reformamini scz p gratiaz xpi q p peccatum dẽformati fuistis. in nouitate sensus vr̃i t'imẽtis vestre. sm aliã literã non in nouitate carnis sed mentis. Anima eĩ que ad imaginẽ dei facta ẽ. imaginẽ di i se dẽformat: dum peccat ephe. mj. Renouamini spũ mentis vr̃e t indu. nouũ ho. scz xp̃z. Nota q hec reformatõ sicut reformatõ materialis fit quinqz modis ¶ Quo ¶ Primo p malleatõem tribulatõnũ t psecutõnum. ps. cxxvnj. Supra dor. m. fa. pe. Sicut reformãtur fabrilia. et iõ necessarius est ignis spũssancti in corde homis reformandi. Malleare enim supra ferrũ frigidum vanuz ẽ. hiere. v. Nũquid fedabit ferrũ ferro ab aq̃lone. i. i frigore a quilonis Sic fuit reformatus paul⁹ q̃n̄do dixit act. xmj. Per mul. t. o. n. i. r. cel' Secũdo p subtractõem. sicut reformantur sculptilia dũ celte eleuãt a lapid̃ hoc est. p pauptatẽ volũtariã. q̃ oĩa supflua abiecit et dispgit paupibus. ps. cix. Dispsit de. pau. iu. e. ma. in se. se. Sic fuit reformat⁹ zache⁹ qui ait lu. xix. Dnẽ ecce d. bo. me. d. pau. et si quẽ defrau. red. q̃. Tercõ per additõnem ei⁹ q̃d deest. Sicut reformantur domus et multa alia Sic docebat dominus reformari illuz cui dixit marci decimo. Unũ tibi deest Vade que habes vende et da pauperibus Hec ergo reformatio et renouatio fit per consilia ¶ Implens enim precepta reformatur consilia superaddendo Sic reformati sunt apostoli mathei xix Ecce enim reliquim⁹ omnia et secuti ẽ. ¶ Quarto. per fusionem quãdo aliq̃d primo liquescit et postea fundit̃ in aliquid in quo recipit formam sicut campane Sic optet q̃ primo aĩa liquefiat feruore deuotõis Canti. v. Anĩa mea liq̃facta ẽ Et postea ad formã recipiẽdã ꝓpiciatur quasi in modulum in aliquẽ bonũ virum cuius formã accipiat et exemplũ Sic volebat reformari apostolus illos quib⁹ di. ad phi. iij. Imitatores mei estote t obseruate eos qui ita ambulãt sicut habetis for. no. Sic volebat reformari augus. qui estuabat estu incredibili quãdo iuit ad simplicianum vt ꝓferret sibi quis esset apt⁹ mod⁹ viuendi sic affectus vt ipe erat ad ambulandu in via dei in q̃ aut sic aut sic ibat Propterea petr⁹ d. prelatis. j. Pet. quinto. Non quasi dominantes in clero sed forma facti greg̃ ex animo. ¶ Quinto per appositionez decentium colorũ. vt reformantur dom⁹: dum pinguntur. Duo autem sunt colores quibus reformari debemus scz albedo mundicie. et rubedo caritatis Cant. q̃nto. Dilectus meus candidus. t rubicundus. ¶ Sequitur vt probetis: que sit voluntas dei ¶ Ad hoc enim debet fieri ista reformatio vt probem⁹ ĩteriori sensu q̃ sit id est q̃ bona sit voluntas di. Est eĩ bona q̃ ad dõclinatõnẽ a malo. beneplacẽs q̃ ad opatõez boĩ q̃d ẽ ĩ ꝓcepto t ꝓfcã q̃ ad ipletõez boni q̃d ẽ i ꝓsilio. vl' bona ĩ se. eo eĩ ipo q̃ dõs vult aliq̃d bonũ ẽ illd̃. beneplacẽs i benedispositis p vtutes. t ꝓfcã in beatis. t sic p scd̃z. ¶ Tercõ apls ordinat nos itez ad deũ. sm aliã p tẽ nr̃i. s. fz intellctm ne pl⁹ q̃z deceat sapiam⁹ d. Dico ãt. i. affirmo t ꝓcipio t supp̃ obsecraui t monui. t cur hoc Respõsio pl⁹ eĩ fide errare t piculosi⁹ q̃z in hostia offerẽda vl' in deordinatõe ad mũd̃ l' in q̃cũq̃z alia re. Et iõ dico. i. ꝓcipio. p gratiam apostolatus mei. que data est mihi. nõ meis meritis reddita. p quã sũ gẽtiũ doctor t apls ꝓstitut⁹ in fide t veritate.

.j.cor.xv. Grā dei sum id qđ sum. Ydrecipio inq̄m. omnibus q̄ sunt int̄ vos. i. oībus fidelibus qui vobiscum sunt. nō plus sape q̄z oportet sape. puer. xxv. Sicut qui mel ꝓmedit multū nō ē ei bonū. qui inflat. sic qui pscrutator ē maiestatis opprimet a glā ¶ A ¶ Et nota q̄ aliqs plus sapit q̄z oportet triplicit̄. Primo q̄ndo terminos trāsgredit̄ a patrib⁹ institutos in his que fidei sunt. puta cum noua vult inuenire vel nouo mō ea q̄ fidei sunt exponit. Cōtra qđ puer. xxij. ne transgrediaris. tminos ātiq̄s q̄s posuerūt patres tui. Secđo q̄ndo excedē nitit vires īgenij sui et q̄ones ad q̄s nō ptattingere nitit disputare et reuoluere. ꝑ. qđ eccl̄. nj. Altiora te ne q̄sieris et fortiora te ne scrutatus fueris. Tercō q̄ndo in discendis ordinē puerit prius volens discere difficilia q̄z facilia ber. Medic⁹ bon⁹ ordinat de cibis. si ordinē in cibis sumendis nō serues ipsos cibos natalit̄ bonos tibi reddes nō bonos. Qđ dr de cibis intellige de scīētijs hebr. v. Facti estis quib⁹ lacte op⁹ ē nō solido cibo. Perfectoꝝ aūt est solidus cibus. qui p ꝓsuetudine exercitatos hēnt sensus ad discretōem boni et mali. precipio ergo nō plus sape q̄z oportet sapere sz sape ad sobrietatē. i. ad modū tempātie. vt neq̄z excedas in nimiū neq̄z coarteris in debitū. Multa enī scire dēmus .j.cor.xiij. Ignorās ignorabitur. osee. nj. ¶ Quia sciam tu repulisti. et ego repellā te. Ebri⁹ et nō sobri⁹ reputaret̄. qui vellz volare eod̄ mō nō reputabit̄ sobrius q̄ nititur celestia pscrutari. puer. xxiij Prudētie tue pone mod̄. Sibi q̄ nollet surgere ad ꝓmedendū. nō sapiēs sz stultus et pigerrim⁹ diceret̄. sic q̄ nō vult aliqualit̄ discere que sūt fidei. j. tbi. nj. Attende lectōi exhortatōni et doctrine. hec meditare in his esto. Ergo quilibz debz velle tātuz sapere sicut vnicuiqz diuisit deus. i. diuisiz dedit. mensuraz fidei. i. fidē illustratā illustratōe maiori vel mīori. Decōm enī q̄đ q̄libet est illustratus in fide tantū debet velle sape. sap. xi. omnia ꝓstituisti in numero pondere et mēsura. et potissime gratiaꝝ suaꝝ dona. Et sic patet terciū. ¶ Quarto. nos ordinat apls ad primum vt vnus alteri seruiamus. Et ad hoc inducit quandā similitudinē in corpe humano. d. Sicut enīz ī vno corpe multa mēbra habemus. omnia aūt membra non eūdem actū hēnt. sed diuersis actibus sibi inuicez sumministrāt. Oculus enīz videt p pedibus et manibus et omnibus alijs mēbris. Et lingua loquit̄ p omnibus membris. et sic de alijs Ita multi. i. oēs fideles vnū corp⁹ sum⁹ in xp̄o. i. p xp̄m. Grā enī p christuz nobis collata nos vnit in vno corpore mistico q̄đ ē eccīa. Gal. nj. oēs vos ei vnū estis ī ihesu xp̄o Singuli āt sup. sum⁹ vel eē dēm⁹ mēbra: ita q̄ alter sit mēbr alteri⁹ illi submīstrādo et adiuuādo eph. mj. Supportantes inicē in caritate Et nota q̄ hec similitudo colligatōis et submīstratōis mēbroꝝ corpis naturalis ad mēbra eccīe qua sibi inuicē debent seruire supportare et diligere sic mēbra corpis natural. attēdit. q̄ntū ad octo Si đ hoc vis p̄dicare. reqre ifra dnicā. xvij. p⁹ trinitatem in moralitate sermonis đ epla Et sic patet quartum.

¶ Dominica prima post octauam epiphanie de euangelio sermo. XVIII

Nuptie facte sūt in chana galilee. io. ij. Qr tps institutū ab ecclesia pro celebrandis nupcijs extat p̄scs. io hodie in ecclesia euangelium de nuptijs recitat̄ vt qualiter se habeant in mr̄imonijs ꝓtrahendis nuptiaꝝ celebratores salubriter instruant̄. Non enī ōni tpe possum⁹ nu

ptijs intendere celebrãdis ſm eccleſie in
ſtituta imo ab eadem multa tpa feriant
Nam ab aduẽtu dñi vſq; ad octauam
ephie incluſiue celebrare nuptias nõ de
bem⁹.ſili a ſeptuageſima vſq; ad octa⁄
uas paſce etiã incluſiue.et ſili a trib⁹ di⁄
ebus ãte aſcenſionem dñi vſq; ad octa⁄
uas penth. In hoc ergo euangelio ỏ nu
ptijs ſer ſummarie ꝓtuent̃ Primo enĩ
deſcribit̃ ꝓuiuũ nuptiale. In principio
euangelij. Scõdo declarantur ꝓuiuarũ
pſone.ibi.et erat mater ieſu ibi Vocat⁹
ẽ ãt ieſ⁹ ⁊ diſcipli ei⁹ ad nuptias. Tercio
poit̃ colloqũ matnale ad filiũ ibi.⁊ defi.
vi.ait ad ieſum. Vi.non habent. Quar
to ſubiungit̃ matris ⁊ filij ad miniſtros
ꝓ uiij impiuꝫ ſalutare ibi Et di. mater
ieſu miniſtris. Quinto ab architriclino
qui guſtauit aquam vinũ factã. bonita
ti vini aſſerit̃ ſpecialit̃ ibi. Ut.aũt guſtaſ
ſet architriclin⁹ aquã vinũ factã ẽ. Se⁄
xto inter ſigna ieſu.hoc phibetur inutia
le ſubinfertur inſimul ex miraculo fcto
bonum ſubſecutuꝫ fidei ſpẽale ibi. Hoc
fecit initium ſignoꝝ in chana galilee ẽ.
Et crediderũt in eum diſcipuli eius.

Primo ergo deſcribitur ꝓuiuũ nupti
ale.qz nuptie facte ſunt in chana galilee
.i.in quodã vico ſiue villa ꝓuincie gali⁄
lee. Ubi nota ꝙ quidã dicũt ꝙ ſponſus
iſtarum nuptiarꝫ fuit iobã.euã. Sꝫ hoc
non eſt ꝓbabile ſm opinionẽ illoꝝ q̃ di⁄
cũt q iſte nuptie facte fuerunt p⁹ vocati
onẽ apl̃oꝝ inter q̃s fuit iobẽſ.vt pꝫ mat.
mj.qz non ẽ credibile ꝙ p⁹ vocatõem re
dierit ad ducendũ vxorem qui vſq; tũc
pmanſerat virgo. Scõm ãt opionẽ illo
rũ qui dicunt ꝙ be nuptie fuerunt facte
ante vocatõem apl̃oꝝ vel diſcipuloruꝫ
q̃ ꝓnior eſt:credibile eſt q iſte nuptie fu⁄
erunt iobã. Et ideo tanq̃ ꝓſanguineus
vocauit ieſum ⁊ diſcipulos eius ſupple
futuros. Et iõ mat̃ ieſu fuerat ibi tanq̃
mater io. qz vt dicũt erat filij v̇ginis nu
trici⁹. Et hoc ẽ. Erat mater ieſu ibi Vo
cat⁹ ẽ aũt ieſus.et diſcipuli ei⁹.ſcz futuri
ad nuptias.ſm ſcdam opionẽ ſed nõ fu
turi imo ꝑſentes ſm ꝑmã opionẽ. Quic
q̃d aũt ſit credendõ eſt q ſponſ⁹ vel ſpõſa
fuerit ꝓſanguineus.vel ꝓſanguinea vir
ginis.ꝓpter qđ vocat⁹ ẽ ieſus ⁊ diſcipu
li ei⁹. Chriſt⁹ ãt voluit intereſſe nuptijs:
duplici ỏ cã. Primo vt gliam ſuã coraꝫ
multis manifeſtaret. Scõo vt nuptias
approbaret ꝓtra manicheos qui nupti⁄
as dãnant. Ipas igit̃ ꝓbauit ꝓſẽtia ſu
a et miraculo potẽtie ſue. Et ſic pꝫ ꝑmuꝫ
et ſcõm. Sequit̃ terciũ. Et deficiente
vino ẽ. In q̃ponit̃ colloquiũ materna⁄
le virginis:q̃ plena viſceribꝰ pietatis cõ
paſſa ẽ verecũdie ſponſi in defectu vini.
Et ait ad ieſum. Vinũ non habẽt: ſcz mi
niſtri ad ꝓpinandũ:⁊ ꝓuue ad bibendõ
Quod fuit ſignum pauptatis ſponſi:q
non potuit vinũ ſufficiẽs ꝓparare. Vel
forte vinũ ſufficiẽs ꝑparauit ꝓtot ꝓuiuis
ſed ihesus venit cũ diſcipulis:qui erant
pauꝑes Hic nota q̃ loco illi⁹ ꝓticule:ſz
ieſus venit cũ diſcipulis.qui erant pau⁄
peres:alij libꝝ habent. Sed pauperes
alij venerunt. Pauperes autem quã⁄
do mutantur ad bonum ꝓandium un
duplo comedunt et bibunt tanq̃ eſuri⁄
entes et ꝓteritam famez reſtaurare vo⁄
lẽtes. Hic cadit exẽplũ marchionis fer⁄
rarie. q̃ dixit q̃ in capĩo generali ferrarie
celebrato biberũt frẽs vinũ ꝓ duob⁹ mi
lib⁹ militũ.hoc etiã fuit ſignũ q̃ btã v̇go
de pentela ꝓiugij erat.qz alr nõ ỏ defectũ
vini curaſſet.qz ei⁹ defectm ſuũ reputaut
Di.ergo ieſ⁹ nõ offenſ⁹ l'arguẽs vl'cor
rigens matrem :cuius compaſſio grata
fuit ei vt per effectum patuit. Quid mi
hi et tibi eſt mulier Mulier hic eſt no
mẽ ſex⁹ ⁊ nõ mollicies.ex hoc loco argu⁄
ũt heretici q̃ xp̃us nihil hũt facere cum

virgine. sz transiuit p eam sicut aqua p cānale. Dicunt enīz q attulit corpus d celo. sed mentiunt qz idē iohēs q hoc dicit asserit q ibi erat mater iesu. Dupliāt hoc verbū exponit. Uno mō sm crīm sic. Quid mihi et tibi mulier sz de defectu vini. q.d. Cognitō istius defectus nō ptinet ad me vel ad te. sed ad illos quorū sunt nuptie. q dēbāt sibi de necessariis puidisse. dimitte ergo primo vt ipi cognoscāt defectū z grā tūc miraculi qd petis acceptōr erit illis. Et ponit exemplū crīso. de medico. q si se vltro offerrz egroto nō multū curaret de ipo. sz cuz multis pcibus egroti se offert ei. tūc multā reuerentiā exhibet illi. Et hoc ē qd sequitur. Nondū venit hora mea. i. hora q magis gratū sit z acceptū miraculū. illis qb9 potius fieri nōdū adest. qz nond pz defectus vini. Nō aūt pditor tpoz z horaz subiectus sunt alicui hore. vt qdā astrologi dicūt. imo ōi tpe ē hora sua opādi qd vult. vt di. Crīso. Sed tamē ex pte reruz que requirūt determiatū tps z locuz. ac etiā qntum ad hoīes vna hora ppetētior est alia. sicut hic vtilior hora faciendi miraculū erat post recognitōem defectus vini qz āte. Sedm vo aug. sic exponitur Quid mihi et tibi mulier sz pūe. i. quid habeo a te p quod possum hoc miracli facere. q.d. Tu. petis fieri miraculuz. qa sponsus vl sponsa attinet tibi sm carnē sed sm carnē quaz a te sumpsi. nō possuz facere miracula. sed miserias z mortem pati. qd in cruce apparebit. tūc enī te matrē meā recognoscā sm carnē. z in carne quā de te sumpsi moriar et crucifigar. et iō te tunc discipulo pmēdabo. Et hoc ē dum sequit. Nondū venit hora mea. id ē. nō est tps recognoscendi qd ex te hēo. sz erit in passione euāgelio pdicato. Nō hora necessitatis sz voluntatis spōtanee in qua pati z mori disposui. io. x. Nemo tollit aiaz meā sed ego ponā eā. sic pz terciū ¶ Et dicit mat iesu mīstris. Ecce qr3 tū. In q mat z filiꝰ salubrit impant mīstris. Et pmo impat mater d. Qdcunqz dixerit vobis facite. Ex quo patz q beata virgo oīno credebat q filius suꝰ esset miraculū facturꝰ. Et iō secure dixit mīnistris. Qdcūqz dix. vo. zc. Erāt aūt ibi scz in domo sex hydrie lapidee ydrie. i. vasa lapidea aq̄ria. ab ydros qd ē aq̄. sex posite sm purificatōem iudeoz. Et ido posite ibi erāt: vt possent purificari immūdi. sm modum iudeorum. vt si aliquis de quibus aliquā immundiciā incurrisset sm legē. vt si tangeret mortuū. l' aliqd phibitū lauaret in eis: z fieret mūdꝰ Capiētes. i. cape valētes singule metretas binas vel ternas. Metreta ydria metron qd ē mensura sm quetudinē terre Aliq ei habēt maiorē: aliq minorē. Secūdū. ysi. metreta ē. x. sextariorz. Sextarius aūt ptinet duas libras. Et sic patz: q erāt magna vasa que iesus fecit impleri Unde ait mīstris. Implete ydrias aq̄ Et impleuerūt eas vsqz ad summuz. Et dixit eis iesus. iam facta mutatōe. Haurite de ydriis z ferte architriclino. Scdz augꝰ. architriclinꝰ ē princeps triū ordinum mensarum a se altitudine distanti um. Vel ipsa domus sic disposita dicit architriclinꝰ. Et dicitur ab archos: qd est princeps et clinum domus. Hic sm aug. non dicitur architriclinꝰ princeps vel dominus conuiuij vel domus in q erat conuiuū sed prepositus ministrantium qui. scilicz fuerat constitutus: vt ordinaret conuiuium et etiā seruitores Unde ponit questionē Crīs. Quare iesꝰ pcepit ferri vinū architriclino potiꝰ qm spōso vel alicui conuiue. Et respondz q ille: cui committitur cura: et ordinatio conuiuij non comedit vsque post alios ¶ Et ideo salubrior et discretior est ad

sustinere q3 mõs inferre ¶ Quarto q̃n do p malũ qõ volebat p suo furore mẽ/ tem excecare ⁊ rõnez obfuscare. iuxta il/ lud. ps. supcecidit ignis sc3 tribulatõnis et angustie et nõ viderũt solẽ. nos illũia mur. qõ fit q̃ndo credimus nobis mala euenire vt a dnõ corripiamur. ne cũ hoc mõdo dãnemur. vt d. apl̃. ad cor. xi. Hiere. Per omẽ flagellũ et dolorez erudieris hierusalẽ. Sic fuit illuminat⁹ dauid: q̃ dixit angelo pcutienti pplm. Percute me ego sum q̃ peccaui. j. reg. xxiij. ¶ Quĩ/ to q̃ndo p ipm malũ qõ volebat nos tor mentare ⁊ penã irrogare. penas exolui/ m⁹ pctõr. vt q̃ndo p famẽ et sitĩ. calorẽ ⁊ frigus et alia mala pene q̃ in pñti pati mur. a penis absoluimur peccatorr. he/ bre. xj. Circuierunt in melotis in pel. ca/ pri. egen. an. Sic exolut aplus in malis q̃ sibi euenerũt penas peccatorr suoruz. Sexto q̃ndo in malis nõ solum purga/ mur a penis peccatorr. sz etiã pficimur sicut aur in fornace. sap̃. xj. Tanq̃z. auruz in for. pba. elec. dom⁹. Mala enĩ ꝓtrari uz volũt facere sc3 boĩez infirmare ⁊ ip/ fectũ ostẽdere. Et hoc ẽ qõ sathã. di. iob. x. Mitte manũ tuã ⁊ tãge cũcta q̃ possi det. Et idẽ Tãge os eius ⁊ carnẽ. ⁊ tũc vi debis q̃ in facie benedicat tibi. i. tũc appa rebit q̃ nõ sit pfectus. ⁊ q̃ nõ sit bon⁹ rea lit. sz apparent. Sz iob vicit in bono ma lũ. qr in ipis malis pfect⁹ appuit. ¶ Se ptimo. q̃ndo nõ solũ mala patient tole/ ramus. sz etiã gloriamur ⁊ letamur in ipsis mal̃ q̃ nos pmũt. ro. v. Sz ⁊ gliamur in tribulatõib⁹. Act. v. Ibãt apli gau. a cõ spec. ꝓci. q. dig. ba. sunt p no. ie. ꝓtu. pati. Mala ei hẽnt ꝓtristare: ⁊ idõ dum i eis letamur nõ vincimur a malo. sz vĩcim⁹ in bono maluz. ¶ Octauo q̃ndo p ipsa mala q̃ patimur ad regna celorr puenim⁹. mat. v. Beati q̃ pse. pa. ppt iu. ẽc. be/ ati eritis cũ ma. vo. bo. Dis ei res tẽdit

ad locũ suũ. loc⁹ ãt ⁊ fons oĩm malorr ẽ infern⁹. vbi vmbra mortis. ⁊ null⁹ ordo sz sempit̃nus horror ĩbitat. iob. x. Et iõ oẽ malũ inq̃ntũ malũ trahit deor/suz. dũ ergo ĩ malis ⁊ p mala tẽdim⁹ sursuz ĩ ce/ lo. recte vĩcim⁹ in bono malũ: ⁊ nõ vĩci/ mur a malo. Cũ ergo oĩs medicina fiat p ꝓtrariuz. q: ꝓria ꝓriis curãtur. tũc nõ vincamur a malo sz vincim⁹ ĩ bono ma/ lũ. q̃n ꝓrũ opamur qõ hz facere malũ. ⁊ ad ꝓrũ imus ad quod hz ducere malũ Et sic patz quartum.

¶ Vnĩca tercia. de euãgelio. fmo. XXII.

Ascendente iesu in nauiculã secuti sũt eũ discipli ei⁹ mat. viij. Jesus vt ver⁹ hõ hũana opa fecit. iõ ad trãseũdõ d̃ vnapte stag̃ ad alĩã nauicula ĩdiguit. nauicu lã ascendit. ⁊ in nauicula obdormiuit. sz vt ver⁹ ds creatis ĩpauit. ⁊ obedierũt ei ⁊ null⁹ op⁹ hũit ⁊ iõ iq̃ntũ xps erat de⁹ nõ ĩdigebat naui. sz nauis ĩdigebat xpo ne in fluctib⁹ submergerẽt qõ p effectuz p⁹ ea patuit. Nec etiã inq̃ntũ ds dormi uit nec dormitauit. ps. Ecce non dormi. nec dor. ẽc. De hac ergo materia pñs euãgelũ extat. In q̃ qdẽ euãgelio q̃nq3 potit sũmarie euãgelista. Primuz ẽ iesu ⁊ discipulorr ei⁹ in nauiculã ascẽsio. ad trãsfretãdũ. in ꝓncipio euãgelij. Secõm ẽ maris ⁊ fluctuũ ꝓcitatõ ad nauigãtes ⁊ nauiculaz submergẽd. ibi. Et ecce mo. ma. fac. ẽ ĩ ma. ita vt na. op. fluc. Terciuz ẽ iesu a discipls excitatõ ⁊ eorr dẽ ad ip suz d̃pcatõ ad piculũ eua dẽdũ. ibi. Et ac cesi. ⁊ sus. e. d. Dnẽ sal. n. pi. Quartũ ẽ ie su dig̃ increpatõ. ⁊ ad mare ⁊ vẽtos ei⁹ dẽ ipũ ad trãq̃llãdũ ibi. Et dixit eis. q̃d timidi estis mo. fi. ⁊ suz. ⁊ impa. vẽ. ⁊ ma ri. Quintũ est hoĩm exist̃tiuz ĩ naui ad miratio. et potestatis iesu confessio ad omnia coercenduz. ibi. Porro ho. tam

naute q3 apli. vt di. glo. mirati sunt dicẽ tes. Qualis ẽ hic. q2 t venti t mare o. ei. Quãuis origenes di. q non apli mirati sunt sed hoies quoy erat nauicula q cũ ipis erant. ¶ Primo ergo ponit ihesu t discipuloy eius in nauiculã ascensio ad transfretandũ. Et hoc est ascẽdente ihesu in na. vt. s. de vna pte stagni: vel laci ad aliã transiret. secuti sunt eũ discipuli ei9 cũ eo ad eundẽ locũ ire volẽtes Quamuis enĩ potuisset sup mare ambulasse sicut alia vice fecit. vt pz math. vj. quarta ãt vigilia noctis venit ad eos ãbulãs sup mare. tamẽ voluit nauigio ad illã terrã venire. q2 nũc hũana. nũc diuina opa ostẽdebat. vt se verũ deũ t verũ homiez ꝙbaret. vt daret nobis exemplũ q in bis q possum9 opari p nos nõ debemus temptare deũ diuine prouidẽtie nos cõmittentes t nihil penit9 opantes. Naz xps nõ volauit sed cum alijs nauigauit Sic et nos dẽm9 in mari h9 seculi navigare t remos accipe t bona opari. Isti volũt solum volare ad celũ t nihil volũt opari in terra Cõtra ꝗs apls. ij. thes. iij. Qui nõ vult opari nõ mãducet. Litera plana est. q2 hoc euangeliũ historiale est t non doctrinale. ¶ Moralitas. ¶ Moraliter aũt ad instructiõem mraz duo hic videam9. s. qd p nauiculã et qd p mare significet. ¶ Q ¶ Circa primum iciendũ q p hãc nauiculã tria significant. scz ecclesia. religio. crux xpi. Notãduz ergo q xps hãc triplicẽ nauẽ ascẽdit. Et similit discipuli eius. Et oĩs pfecte viuẽs t ad portũ eterne salutis desiderãs venire. eandẽ tplicẽ nauẽ ascẽdere debet. scz nauẽ ecclesie. nauẽ religionis. et nauem penitẽtie. i. crucẽ penitẽtie Nã t ecclesia militans t religionis status. t crux peitẽtie p nauẽ possunt intelligi. ¶ Prima nauis est ecclesia militans que rõe figure nauis. p nauẽ ꝙgrue designat. Nã sicut nauis in capite t in cauda ẽ arta t in medio lata. sic sancta ecclesia i principio fuit arta. Exemplũz de sancto marcello papa q multis ãnis fuit deputat9 ad cultodiã aialiũ. Et beatus vrban9 papa mlto tpe in sepulcris martyz latitauit. De. xj. In solitudinib9 errantes in mõtibus t spelũcis. t in ca. ter. Silr in fine tpe ãti xpi erit valde arta. Q2 vt dz math. xxmj erit psecutõ magna t talis. q. nõ. fu. ab o. mũ. In medio ãt scz mõ est valde ampla t q̃ntũ ad numeꝝ. q2 multi sunt fideles. t q̃ntũ ad gaudiũ. q2 patrimoniũ crucifixi est valde i diuicijs t honorib9 exaltatum t abundant valõ tabernacula clericoy t audacter ꝓuocãt deũ. cũ ipe omnia dederit in manib9 eoy. iob. xij. Et q2 vt dz mat. vij. arta ẽ via que ducit ad vitã t ampla q̃ du. ad pdi. iõ in ꝑmitiua ecclesia prelati multi saluabant t sãctificabant. t mõ multi homines damnantur: t pauci sanctificant. Hãc nauẽ xps itrauit tãq̃m domin9 t naucler9 q̃ndo descẽdit in vterũ virginalẽ. tunc enĩ ꝑmo fuit de ecclesia militante. Nos ãt in hãc nauez intram9: q̃ndo sup aquas baptismi natam9 Sanat enim hec nauis in magno pelago grãrũ t donoruz spũssancti Et ido nõ possum9 ad eam ascendere nisi sup aq̃s natãdo. Xps ãt hãc nauẽ itrã do descẽdit. q2 mioz at9 paulo min9 abã gel i eã intrauit. vt d. ps. Nos ãt hãc nauẽ intrãdo mlitũ ascẽdim9: q2 in filios di adoptamur. io. j Dedit. e. po. f. d. f. Et q2 vt dictũ ẽ xpc ẽ h9 nauis domi9 t naucleri9. iõ q̃ndo i baptismo itram9 ei9 fidelitatẽ iuram9. t dyabolũ t oẽz aliũ dominũ abnegam9. qõ facim9 cũ dicim9 i baptismo. Credis i deũ. t di. baptizand9 credo Abrenũcias dyabolo et põpis eius Et rũdz. abrenũtõ. nã vsz tc filij re ad dnũz dyaboli spcãbam9. hec naues fuit figura ta p archã noe ad q̃m oĩs q itrauit fu. sal.

sistis. ¶Item cū magno dolore eas amittit qz vt di.boe. Infelicissimū genꝰ infortu/ nij est ꝑus fuisse felicē et postea infelicez Et ideo diuitie dicunt spine ab ipa veri tate.luc.vnj.qz cogitatōnū suaꝝ aculeis mentē lacerāt z in acquirēdo z pdendo vt di.gre. Tercio cupiditas dr nauis. qz sicut naui de tanto lucro et de oibꝰ mer/ cibꝰ nihil manet nisi feces z sentina. ita auaro de oibꝰ bonis suis z rebꝰ nihil re manet nisi tormenta in inferno z putre/ do verimuz in fouea ¶Auaro enim omia auferunt in morte. Nā diuicias auferūt ꝛsanguinei.corpus comedūt vmes.ani/ mā asportat dyabolus . Nihil ergo re manet ei nisi cruciatus infernalis. Et iō multū est flendū in morte pctōris.cū oia pdat Hiere.vj. Luctum vni.facite.plā.ꝛc. Tercia nauis ē crux xpi q dr nauis qz xpm portauit. ¶ ¶Et qz sicut in naui be/ ne onerata maxime q de oriēte venit sūt optima queqz.ita in cruce oia bona inue nīūt. Quia vt dicit aug.nullū exēplū bo/ nitatis z pfectōnis abest a cruce.imo to ta vita nrā in cruce ꝑt informari. Oēs enim vtutes apparēt in cruce. Propter qd dicebat apo.ad gal.vj. Mihi absit gloriari nisi in cruce.d.n.ꝛc. Nā ꝓmo ibi appꝛet maxima caritas ex pte di patris q vnicū filiū suū morti tradidit ꝓpter ser uū redimendū. Scdo appꝛet magna fi/ des ex pte vginis gloriose q morientē fi/ lū sp deū credidit. Tercio appꝛet magꝝ spes ex pte latronis.q in quendā pfora/ tū denudatū crucifixū tanqz in vex deū regē celi sperauit. Propter qd nō imme rito audiuit hodie.me.er.in pa.lu.xxiij/ Quarto appꝛet maxima prudētia ex pte spūssancti q sic sapiēter decepit luciferū absondēs deitatē sub humanitate tan qz hamū quē piscator abscōdit sub vme sic suscepit z pcussit eū iob.xxvj. Prudē tia eiꝰ pcussit superbū. In eodē.xl. Mun

qd capit leuiathan hamo. Quito appet ma ḡ iusticia ex pte xpi. qui vt iusta fie/ ret satisfactō factus est homo z mortuꝰ in cruce. Ut sicut homo in ligno pecca/ uerat ita hō in ligno satisfaceret Et sicut peccatū hois fuerat infinitū ad oēs per dendū.ita meritū hominis esset infinitū ad omēs saluandū Et sic iusticiā magm exercuit in cruce sup corpus suū.p iusta satisfatōe peccati hominis. Sexto appa/ ret magna tpantia ex pte deitatis xpi. Sz quā xps etiā in cruce fuit beatus. z tamē ita fruebatur beatitudine q̄m humani tatē maxime patiebat. z ita patiebat q sē per erat btūs.ecc.xj. In die bonoꝝ ne im memor sis malorꝝ et ecōuerso Septimo apparet maxima fortitudo ex pte huma nitatis xpi.qz aduersa oia patiēt sustinu it nec in omnibus est ꝓmota.esa.lnj. Tā qm ouis ad occisionē ducet. ¶Hanc na uē xps ascendit in morte: vt transiret de hoc mundo ad patrē. In hac naue. scalz cruce xps pendēs mirabilia docuit. De quibꝰ si vis ꝑdicare: reqre in domica.v. post tri.in scdo mēbro euangelij. p hanc. nauē.s.crucē penitētia designat.luce.xij. Qui nō baiulat crucē suā.i.penitētiā. et sequit me nō potest meꝰ esse discipulus. Qz sicut in cruce hō mortificat et ligat: sic in penitentia mortificant mēbra z cō/ cupiscētia mala ligat.gal.vj.xpo ꝓfixꝰ suz cruci. Crux ergo ē nauis penitētie ¶ ¶Deligitur ergo penitētia p nauē pro pter q̄nqz rōnes q̄s require infra in do. xix.pꝰ tri.in ꝓmo mēbro euāgelij.hec na uis patit magnā tempestatē ex ventis. si cut hic innuit. Nā q̄ttuor venti ꝓtra eā fortiter flant. De quibꝰ dan.vij. Ecce q̄t tuor venti pugnabant in mari. ꝓ q̄s ds or/ dinauit z fecit vtutes quattuor. tanqm quattuor ancboras vt nauem penitētie ꝓ oēm ventū stabilirent. Que sunt iusti cia.prudentia.tpantia.z fortitudo. Pru

mus est ventus oriens qui: signat natalē et ꝓgenē hoīs. que maxime penitētie ꝓtrariat. ¶Propter qđ dictum est abrae gen. xij. Egredere de ter. t. ⁊ de ꝓgna. t. et de. do. p. t. Unde ⁊ xp̄c ait. Si quis veīt ad me ⁊ nō od. pa. su. ⁊ ma. su. nō ꝑt meus esse discip. lu. xmj. Quia inimici hoīs domestici eius. vt ipe xp̄c di. mat. x. Contra hunc est anchora iustitie. qa iustū ē subditū esse deo magis q̄z pentib⁹. ¶Deus ām mādat penitētiā agere. matb. nj ¶Penitētiā agite appro. eī. re. ce. Sedes est ventus occidens. qui signat mortē et defectū carnis q̄ q̄tidie tēdit ad occasuz. Quā quid̄ longe esse credētes differūt penitentiam agere. Sopho. ij. Uox cātantis in fenestra et coruus in suplimiari Qui ventus multos submersit. et hoc est pessimū. qa hic ventus scz ꝓsideratō mortis sup oīa deberet impellere nauē penitētie. Sicut fuit impulsus quidā mayster: q̄ ascēdēs cathedrā dixit. Liquo coaxranis era coruis. vanaq̄z vanis. Ad logicaz pgo que mortis nō timet ergo. Cōtra hūc est anchora prudētie que habet ꝓsiderare finē ecc. vij. ¶Dēorare no. t. ⁊ inet. nō pecca. Tercius est ventus meridionalis q̄ signat pspera mundi ī quib⁹ pnīa dissoluit. hier. xxxj. Usqueq̄ delicijs dissolueris filia vaga. Quia vt dr iob. xxvnj. Nō inuenit intra suā uit viuentiū scz penitētia Contra hunc est ānchora tpantie: cui ē bona mūdi tpate recipe: siue honores: siue delicias: siue diuicias. j. coz. vnj. Qui gaudēt tanq̄z nō gau. ⁊ q̄ emūt tanq̄m nō possidētes. ⁊ q̄ vtūtur hoc mōdo tanq̄z nō vtētes sint. ps. Diuicie si affl. no cor appo. Quartus ē ventus aq̄lonis qui signat aduersa. biere. j. Ab aq̄lone pandet omne malū. Qr sicut a calore caritatis orit omne bonū. ita a frigore iniq̄tatis oē malus In aduersis aūt penitens p impatiētiaz frangit ⁊ blasfemat. murmurat. ⁊ maledicat. In cuius pson̄a dr iob. nj.. ¶Maledictus vir qui ānūciauit patri meo. d. Mat⁹ est tu. pu. masculus. Cōtra hūc est ānchora fortitudinis. q̄ oīa mala patient tolerat. d. illō. iob. j. ¶Dominus dedit do. ab. sicut d. pla. ita. f. ē sit. no. d. be. Quātū ad p̄dicta duo dr in. ps. Cadēt a latere tu. mil. i. ab aduersis q̄ nō directe sed ex latere veniunt. ⁊ decē milia a dextris tuis. i. a pspis que p dextrā designtur. qr peius facit penitere pspritas q̄z aduersitas. filij israel fuerunt dissoluti in maxima quantitate q̄ndo in deserto būerūt māna. panē āgelor. et discipuli xp̄i fuerunt tpe passionis fracti in aduersitate. ¶Dauid i tpe aduersitatis sanctū se cōseruauit. ⁊ tpe pspritatis turpiter deliquit. Cuz igit̄ ita nauis ita fortiter ipellat a ventis. nihil restat nisi vt deuote clamem⁹ d. ¶Dne salua nos pim⁹. sicut apli fecerūt. ⁊ teneam⁹ supradictas anchoras firmas. Et tunc xp̄c imperabit ventis ⁊ fiet tranqllitas magna. j. cor. x. Fidelis ds qui nō pa. vos. tēp. su. id qđ po. sz fa. cū temp. et ꝓuen. vt po. su. Et sic ptz ꝑmuz. ¶ ¶Circa scdm notata q̄ per mare presens seculū designatur multiplici rōe. ¶Primo rōe motōis ⁊ instabilitatis. Mā mare nūq̄z q̄escit. sz semp fluctuat ⁊ eleuat et depmit. Sic mōs nunq̄z q̄escit quosdā eleuādo. ⁊ q̄sdā dēpmendo. ps. Uidi ipiū supexaltatū ⁊ eleuatū sicut cedros libani ⁊ ptransiui ⁊ ecce nō erat. Iob. xxx. Eleuasti me ⁊ q̄si supra ventū ponēs allisisti me valide. boe. Hūc ꝓtinuū ludū ludum⁹ summa ifimis ⁊ infima summis mutare gaudemus. Secdo rōe electōnis. Mā mare mortuos a se ad litus eijcit. Sic mōs eijcit illos qui sunt mortui mundo. nec opera mundi facunt. j. cor. mj. Tāq̄z purgamenta hui⁹ seculi facti sum⁹ oīz ꝓpsuma vsq̄z adhuc iob. xv. Quia vero de mundo non est ꝓpterea odit vos mundus. Uiri enim

ſpūales non ſolū eijciunt̄ ō mundo. ſed etiā ꝓſecutōnem patiunt̄. io. xv. Si me ꝓſecuti ſunt ⁊ vos ꝓſequent̄. ¶ Tercio rōne deuoratōnis. In mari enī grandiores piſces deuorāt minores. Sic in mūdo potentes paruulos deuorant ⁊ affligunt. mat. xviij. Tenens ſuffocabat eum. Habac. j. Quare nō reſpicis ſup iniq̄ agētes et taces deuorante impio iuſtiorē ſe et facis homines quaſi piſces maris. Viuunt tamē ſancti viri licet a tyrānis deuorent̄ ſicut ionas in ventre ceti. ij. cor. vj. Quaſi morientes ⁊ ecce viuimus. ¶ Quarto rōne terminatōis. mare enī terminū habz arenā que ſterilē et grauis. biere. v. Qui poſui arenā ⁊minū mari. Sic finis huiꝰ mūdi ē fructuoſitas cū onere peccatorū. ro. j. Quē fructū habuiſtis in illis in quibꝰ nūc erubeſcitis. Eccls. iij. Quid habz hō de vniuerſo labore q̄ laborat ſub ſole. Nihil enī inuenit hō in morte niſi opa ſua. ſiue bona. ſiue mala. apoc. xiij. Opa enī ſequūtur. Et quia totus mundꝰ in maligno poſitus ē: nec opera bona facit. ſicut ſpina non facit ficus vel vuas. ideo in fine nihil inuenit. niſi onus ⁊ penā peccatoꝝ omni ſpe boī fraudatuſ. iob. vij. Conſumpti ſūt abſq; vlla ſpe. Huiꝰ exemplū xp̄s recitat de diuite epulone. qui vnā guttā aque nō potuit habere. tormenta vero multa habebat. vt patet lu. xvj. ¶ Quinto rōne multitudīs piculoꝝ. Fūt. n. ī mari mirabilia ⁊ mltiplicia picula. et de ventis ⁊ ō pīratis. ⁊ de ſcopulis. ⁊ ſic de aliis. eccl. xlnj. Qui nauigant in mari enarrant picula eius. Sic mundꝰ iſte totus ē plenus periculis. ij. cor. xj. Periculis fluminū. periculis latronū periculis ex genere. periculis ex fal. fra. pī. ex gen. pī. in ci. pī. ī ſoli. pī. in ma. pī. in. ter. ber. Periculū probat tranſeuntiū raritas ⁊ peuntiū multitudo. Pauci valde tranſeunt p hunc mū dū illeſi et multi periclitant̄. aug⁹. Ima ſeculū ⁊ abſorbebit te. amatores ſuos vorare nouit non portare. Vbi ſunt gigātes ⁊ potētes a ſeculo viri famoſi. nōne omnes cum multis periculis perierunt. ¶ Sexto ratione monſtruoſitatis. Nam in ipſo mari mirabilia ſunt monſtra. Aliquādo inuentus eſt ibi piſcis p omnia ſicut miles armatus in equo. ſic mundus iſte totus eſt plenus hom̄ibus monſtruoſis. Quidaz enim habent faciem in pedibꝰ et pedes in capite vt omēs auari. Quidā habēt duas linguas ī ore vt omēs adulatores ⁊ detractores. Prouer. xvnj. Verba bilinguis quaſi ſimplicia. et ipa pueniunt vſq; ad interiora vētris. Quidaz habēt gladios in labijs. vt omnes maledici. ps. Gladius ſub labijs eorū. Quidā habent multa capita quia quot vicia regnant in hom̄ie. tot capita ⁊ dominos habet. Nā auaro dnātur auaricia. et luxurioſo luxuria. ⁊ ſic ō aliis ꝛc. aug. Malus tot dnōrū ſeruꝰ ē: quot viciorū. ¶ Septimo rōne īmanſionabilitatis. Non enim mare eſt locus ad manendū ſed ad cito tranſeundū. Nullus eī intrat mare vt ibi maneat. ſed vt cito tranſeat. Ita mundꝰ iſte nō eſt locus ad manendū. hebr. xnj. Non habemus hic manentē ciuitatē. ſed futurā inquirim⁹. Omēs enī in hoc mundo ſumꝰ vt hoſpites ⁊ peregrini. qui feſtinare debemus et ad ciuitatē noſtraz redire. aug. Nihil aliud eſt tempus p̄ſentis vite niſi curſus ad mortē. in quo nemo vel paululū ſtare vel tardius ire permittit̄. ſed omnes par modo vrgemur. ¶ Octauo rō ne incertitudinis. Non enī in poteſtate hoīs exiſtentis in mari eſt ire quo vult. ſed ducitur a ventis frequent quo non vult. nec ad portū intentum peruenit. ſicut vult. Sic nō eſt in homine ſed in ſpū ſancto ducente vt ad portū ſalutis pueī

at.ro.xv. Non est volentis neq3 currentis sed miserentis dei. Et ꝓpterea mlt̃uz orare dēmus vt deus vitā nostraz dirigat in salutez.tho.mj. Omī tpe benedic deū.et pete ab eo vt vias tuas dirigat.

Nono rōne saporis. Est enī maxe valde amax et tamē piscibus maris in eo nutis valde sapit. Sic mōs in rei veritate valde amarus est :et tamē hoīb9 mūdanis valde sapit:nec eius amaritudinē sētiūt.imo magnā dulcedinem reputāt.et magnas delicias affluī bonis mūdi iob. xxx. Esse sub sentib9 delicias ꝓputabant ps. Beatū dixerūt cui hec sūt. Et hoc ex magna corruptōe palati ꝓcedit. Habēt enī hoīes mundi palatū corruptuz vt febricitantes. Et iō amarū videt eis dulce et dulce amarū.aug. Palato non sano pena est panis q sano est suauis. Esa.v. Ve qui dicitis malū bonū et bonuz malum.ponentes amax in dulce: et dulce i amarū. ¶ Decimo rōne voracitatis vl' insaciabilitatis. Nā mare omīa flumina deuorat et nunq3 redundat vel saciatur aquis.ecc.v. Omīa flumina intrant mare.et mare nō redūdat. Sic mōs oīa bona terre cōsumit.et nunq3 dicit sufficit Omē enī qđ ē in mōdo aut est ꝓcupi.car. aut ꝓcu.ocu.aut supbia vite.j.ioh.ij. Vz cōcupiscentia carnis nō saciat delicijs. nec ꝓcupia oculorū diuicijs.nec supbia vite honorabus ergo mōs nūq3 saciatur puer.xxx. Tria sunt insaturabilia. Infernus.i.supbia vite.os vulue.i. ꝓcupiscētia carnis.et terra que nunq3 satiat aqua id est ꝓcupiscentia oculorū diuicijs. Et sic patet de toto euāgelio.

De epla Sermo XXIII

Nemī quicquaz debeatis nisi vt invicē diligatis. Ro.xiij. In hac epistola docet apl's.qūo oēs et singuli debent se habere adinuicē fm interiorē affectum qui est caritas siue amor. Non enī sufficit q homines pacifice se habeāt adinuicem ⁊ signa dilectōnis ostendāt nisi assit et bona voluntas et dilectio cordis. qa dominꝰ noster xp̄c intuet corda hoīn et non solū opera.j.reg.xvj. Homīes videt que foris patent.deus aūt intuetur cor. Duo aūt facit in hac epla apo. Primo ponit debitū generale in quo oēs adiuicem obligamur. In ꝓncipio eple. Secdo ponit solutiuuz spēale per quod oīa debita exoluere ꝓbamur.ibi Qui enī diligit ꝓximū legem impleuit. ¶ Primo ergo ponit debitum generale.i quo oēs adinuicē obligamur. Et hoc est. Nemī q̄cq̄m debeatis.i. omnib9 reddite debita ⁊ vnicuiq3 qđ suuz ē soluite.siue hōre siue tributum. Ita tamē q̄ nō sitis debitores alicui9 nisi in caritate ⁊ dilectione in qua estis oēs debitores adinuicem q2 vnusq̄sq3 tenetur et debet alterū sicut seip̄m diligere. ergo in debito caritatis oēs adinuicē obligamur. semp enī reddenda est caritas et semp debet. In cui9 figura ignis semp debebat i altari ardere. vt patet leui.vj.puer.xxx. Ignis seq3 caritas nunq3 dicit sufficit.ambro. Nullū temp9 ē in quo non sit caritas impēdenda. nec cū redditꝫ amittitꝫ. sed potius reddēdo multiplicatꝫ. et quanto plus redditꝫ tantomagis augetꝫ. Que reddi non pōt nisi hēatꝫ nec haberi nisi reddatꝫ Jō d.au. Et sic patet ꝓmū. ¶ Secdo ponit solutiuuz spēale p quod oīa debita ⁊ mādata soluere ꝓbamur. Et hoc ē. Qui enī dili.pxi.le.im. Et circa hoc tria facit Primo ꝓponit intentū scz q̄ qui diligit proximū totā legē implet. Secdo probat ibi. Nā non adulterabis. Tercō ꝓcludit ibi Plenitudo ergo legis ē dilectio. Prio ꝓponit intentū d. sic. Debetis invicez diligere. q2 q̄ diligit ꝓximū legē adīpleuit.

Cuius rō est. Nā qui diligit proximum diligit deū. Non enī diligendus est proxim⁹ nisi in deo et ꝓpter deum et ad deū Si quis enī aliter diligeret proximū nō diligeret proximū sed aliqd proximi puta viciū eius vel diuicias ei⁹. Ex dilectione ergo dei causat dilectō proximi Ex ꝓpter vniqdqz tale et illud magis vt d. phūs. Ergo qui diligit proximū multo⁹ magis diligit deū. Ex in his duob⁹ mādatis vniuersa lex pendet et ꝓphete Ergo qui diligit ꝓximū oīa implet ⁊ omīa debita soluit. Hic cadit exemplū cui⁹dā sacerdotis de francia q̄ habebat optīm vinū de quo omē mane ⁊ sero bibebat. et dicebat q̄ soluebat sibi omnia debita q̄ anxias cogitatōnes debitor⁹ faciebat eum obliuisci. Scdo probat intentū suum di. Nā nō adulterabis. Ubi nota q̄ quedā sunt precepta affirmatiua. quedā negatiua tam ad deū q̄z ad proximū ptinentia. vt patet. exo. xx. Manifestū ē ād q̄ qui diligit deū et ꝓximū. implet precepta affirmatiua. que sunt d̄ hōre ⁊ reuerentia dei. et de bono ꝓximi q̄ vt di. gre. ꝓbatio dilectōis exhibitō est opis. j. io. nj. Qui habuerit substantiā hui⁹ mūdi et vi. fra. s. ne. ha. ⁊ cla. vis. s. ab eo. q̄. c. d. ē in illo. io. xnij. Si diligi. me mā. m. seruа Similit qui diligit deū et ꝓximū cauet ab omni iniuria ⁊ nocumēto eor sicut a ꝓprijs malis. q̄ ꝓximū vt seipm diligere debet. Sed omnia precepta negatiua ad hoc tendunt. vt hō nec cogitatōe nec locutione. nec opē ꝓximū vel deū offendat. ⁊ hoc est qd dicit Non adulterabis nō oc. n. fu. n. fal. te. di. ꝛc. Et ꝓpterea dilectio proximi malū non opatur. Itē p dilectōnem proximi implētur precepta iuris naturalis que sunt. Qd tibi nō vis fieri alijs fecisse caueto. Quod tibi vis fieri alijs fecisse memēto. mat. vij. Quecunq̄z vultis vt faciant vobis homines: ea et v. fa. il. Nam qui diligit ꝓximuz debitum sibi seruicū impendit. ⁊ a nocumēto cauet. ⁊ ido tercō ꝓcludit. d. Plenitudo ergo le. est. di. Quia ē plenitudo legis nature. et legis mosaice. vt dictū est. ⁊ legis euāgelice. iob. xv. Hoc est preceptū meū vt dili. inui. ¶ Et nota q̄ dilectō dī d̄ legis plenitudo tripliciter. Primo q̄ mouet omēs vtutes ad implendum opa legis. gal. v. Fides p dilectionē opatur. Et similit alie virtutes Mouet etiā membra. Nā phūs di. q̄ bonū amatum mouet voluntatem: et voluntas ipsa mouet mēbra. Secdo q̄ ꝓsummat ⁊ perficit bona opa ab alijs virtutib⁹ inchoata. Facit. n. in bono pseuerare. j. thi. j. Finis precepti est caritas. glo. ꝓsummās ⁊ cōfirmās. Tercō q̄ opa aliaz virtutū plena ⁊ fructuosa reddit. q̄ sine ipa omīno sunt vacua et vana. j. coz. xni. Si distri. oēs. fa. m. in. ci. pau. et si. tra. coz. m. ita. vt ar caritatē. āt nō ha. nihil mihi ꝓdest Et sic patet scdm ꝑncipale. ¶ Et iō circa dilectōez ꝓximi tria hodie videam⁹ scz q̄re ꝓxim⁹ sit diligend⁹. ⁊ qūo sit diligēd⁹. et. que faciūt ad trahendū alios ad amorem suū. ¶ Circa ꝑmuz nota q̄ ꝓpter sex debem⁹ ꝓximū diligere. ¶ Scdo q̄ deus hoc mādauit ī veteri ⁊ nouo te. leui. xnj. Diliges amicū tuū vl' ꝓximū tuum ꝑm aliā translationē sicut teipsuz Idē d̄ mat. xx. ⁊ luc. x. Ex quo patet q̄ sine dilectōe ꝓximi nō ꝑt esse salus cum sit maximū mandator⁹. ⁊ obseruatō mādator⁹ sit necessaria ad salutem. Mal. iij. Si vis ad vi. ingre. serua mā. j. io. nij. Qui non dili. ma in mor. ¶ Secdo. quia fraternitas nos ꝓpellit. Omnes enī ꝑm corpus vnum patrem habem⁹ adam et vnam matrem scz euam. Et ꝑm animaz ab vno deo creati sumus. Malachi. ij. Nunqd non pater vnus est oīm nostr⁹ Nunquid non deus vnus. creauit nos.

Quare ergo vnusquisq3 despicit fratrē suū. Voluit deus vnicū hominē facere ex quo omnes prodirent vt omēs se diligerent tanq3 fratres. Non sic legit factū in angelis ⁊ animalibus brutis. Adu3 tua ergo dilectō est debitu3 naturale. a q nullus absoluitur q̄ntūcunq3 vnus homo ab altero soluatur. Sed inter xp̄ianos est alia fraternitas preter banc. scilz spūalis. de qua di. aug. Omēs quidē fratres ſm qđ hoīes sum9: q̄ntomagis ſm qđ xp̄iani. Ad illud q̄ es homo vn9 pater fuit adam. ⁊ vna mater eua. Ad illđ vero q̄ xp̄ianus es vnus pater est deus et vna mater ecclesia. Hec fraternitas tāto melior est naturali fraternitate. quāto melioꝛē patrē habet deū et melioꝛem matrē ecclesiam. Ex quo patet q̄ xp̄iani plus debent inuicē diligere q3 extere natōnes. ¶ Tercō q2 exempla nos īducūt et maxime tria. Et p̄mo nos inducit exēplum dei qui intantum dilexit hominem q̄ vnicum filium suū constituit fieri hominē. et pro eo redimendo ad crucis patibulum destinauit. Ephe. ij. Propt nimiam caritatē suā qua dilexit nos deus cum essemus moꝛ. peccatis conuiuificauit nos xp̄o cuius gracia saluati estis.

Secūdo nos inducit exemplū angeloꝝ qui intantum nos amant vt hominem donec viuit non derelinquant sed custodiunt dirigunt ⁊ illuminant. hebꝛ. p̄mo Omnes sunt admīstratorij spiritus p̄pter eos qui hereditatem capiūt salutis Tercō nos inducit exemplū animaliuz. q2 vnūqđq3 diligit suum simile vt dꝛ. ecclesiaſ. xiij. ¶ Quarto debem9 proximū diligere quia dei ⁊ hoīm placentia hoc persuad3 Cuꝑ oīa enim placet deo amoꝛ ⁊ cōcoꝛdia p̄ximoꝝ Ecc. xxv. Diligere p̄ximū sicut se. maius est omnibus holocaustomatibus et sacrificijs. Hic cadit exē plum duarū illarum cognatarꝝ que steterunt simul viginti annis et valde se dilexerunt ⁊ mutuo sibi obsequebantur. ⁊ nunq3 verbū asperū inuicē habuerunt Et cuidā heremite magne vite reuelatū est q̄ cum illis duabus cognatis mansionem in celo habiturus esset. ¶ Quito dēmus p̄ximū diligere q2 magnū emolimentū ⁊ fructum attrahit ⁊ multoruz ē euasio. Q2 si quis diligit proximū deus diligit eū. ⁊ dat ei gratiā suaz: ⁊ exaudit eum in petitōnib9 suis. ⁊ dat ei fortitudinem ad vincendum dyabolū et carnez: ⁊ mundū. et supandum aduersa: ⁊ tandē dat ei vitā eternā in qua manet in dō p fecte ⁊ dꝰs in eo. j. io. iij Qui manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo. ¶ Qui aūt non diligit manet in morte. p quam sepatur a deo qui est beata vita animarū. vt di. aug. Sepatur etiā ab omib9 aliis virtutib9 q2 dilectō est forma oīm virtutū. sine forma āt pōt nihil ꝓsistere. q2 forma dat esse rei Sepatur etiā a merito passionis xp̄i. ⁊ oīm sanctorū ⁊ a bonis omnib9 que in ecclesia fiunt. Et tandez sepabitur a gl̄a et ap̄plicabitur tormēntis math. xxv. Discedite a me ma in ignē eter. Esuri. ⁊ nō. de. m. māduca. ¶ Sexto debem9 proximū diligere. q2 in dilectōne p̄ximi adimplemus oīa mandata dei: vt dictū est supra. et affirmatiua ⁊ negatiua. Et sic patz p̄mū ¶ B ¶ Secūdo videamus quomodo p̄rimum diligere debeamus. Et dicendum q̄ dupliciter debemus diligere proximum scz sicut deus dilexit nos et sicut diligim9 nosipsos. Primo debem9 diligere proximum sicut deus dilexit nos. io. xv. Hoc est preceptuz meum vt dili. inui. sicut. dil. vos. Dilexit autem et diligit nos tripliciter. scz vehementer. veraciter. et pseueranter. Sic ⁊ nos debemus inuicem diligere. ¶ Primo dilexit nos vehementer. Cuius vehementia amoꝛis in quattuoꝛ apꝑaret. Et

in eisdē vehementia nostri amoris ad p
xumū siliter apparere dz. ¶ Primo vehe
mēna amoris dei ad nos apparet in eo.q
nō misit seruū suū vel angelū ad nos vi
sitandū in infirmitate mortali ⁊ in carce
re dyaboli detētos.sz filiū suū vnigenitū
Joh.iij.Sic deus dilexit mundū vt fi.s.
v.da.Ber.Domine qd est bō q memor
es eius. Nā mittis ei filiū tuū.mittis spi
ritū sanctū.et ne qd in curia celesti vacet
in ei⁹ ministerium mittis angelos tuos.
Sic ⁊ nos dēm⁹ in salutem pximoz nos
ipos exponere ad exhortandū ⁊ erudiē
dum ⁊ obseqndū.ij.coz.xij. Ego libenter
impendā ⁊ supipēdar ipe p animab⁹ ve
stris. Item cum essem liber ex omnibus
omnū me seruū feci.vt omnes facerem
saluos.j.coz.ix. Quidā abominātur pri
mos infirmos ⁊ nec videre volūt.sed xp̄c
tetigit lepsum.d. Volo.mū. Matth.viij
In cuius figura dr luce.x. Samaritan⁹
iter faciens appinquauit sauciato:qui
incidit in latrones ⁊ alligauit vulnera
eius.quē sacerdos et leuita ptrāsierant
et despexerant ¶ Secundo vehemētia
amoris dei apparet.q mittens filiū suuz
nobis nō aliquid vile vl'modice valoris
nobis misit sed misit nobis me li⁹ quod
potest esse sz bonam vitā. Joh̄a.x. Ego
veni vt vitam habeant et abundantius
habeant. Vita enī est finis omnū. Nam
mundani pro vita pingui et honorabili
corporis omia faciūt iuxta illud eccl.vj.
Omnis labor hominis in ore eius Spi
rituales aūt omia faciunt p vita anīe bo
na ad laudē dei.j.coz.x. Omia ad laudē
dei facite Sic et nos meliora nostra dbe
mus primis dare sz bonā volūtatē cō
passionē cordis.et amorē.suffragia ora
tionū .et bona tpalia meliora et nō solū
panē mucid⁹ et vinū acidū puer.xxxj. pb.
mi.fili cor tuum Sic faciebat aposto. d.
ij.coz.x. Quis infirmatur et ego nō infir
mor.quis scan.et ego nō vr. sicut enī pa
tet genes.mj. Sacrificiū abel deus respe
xit quia meliora.obtulit.et ad sacrificiū
cayn ⁊ ad munera eius nō respexit quia
peiora obtulit ¶ Tertio apparet vehe
mēna amoris dei.quia nos puenit amā
do. Gratis enz nos amauit ⁊ nō ex o
bus nostris.j.ioh.mj. In hoc appar.cari.
dei in no.nō qli n.di.deū.sed q̄niā ip.pri.
di.n.hiere.xxxj. In caritate.ppe.dil.te. iō
attr.te mihi. Sic et nos nō solū diligētes
nos diligere dēm⁹ :qd ethnici ⁊ pctōres
faciūt sed etiā inimicos vt dz math.v. Et
debemus proximos preuenire amando
Tunc enim carbones caritatis sup eoz
capita ꝯgerimus.et ad amorē maxima ī
centiua prebem⁹. ¶ Quarto apparet ve
hemētia amoris di q dō filio suo vnigeni
to fecit hostiā pro peccato nostro delen
do.ppter quam repropiciatus est ⁊ pla
catus nobis deus hebr.x. Una enz ob
latione:sz sui corporis ꝯsummauit san
ctificatos in sempiternum. Caros ergo
deus nos habet.q careos emit sz pre
cioso sanguine vnigeniti sui.j.pet.j. Nō
auro vel argento redempti estis sed p̄ci
oso sanguine agni incōtaminati. Sic et
nos debem⁹ de corpibus nostris hostiā
deo facere.ipa in pximoz obsequia cō
sumendo.et morti li necesse est exponen
do. Ro.xij. Obsecro vos p misericordi
am dei.vt exhi.cor.ve.ho.vi.sanc.dō pla
centem.ephe.v. Ambulate in dilectione
sicut et xp̄us dilexit vos.et tradi.semet.p
vo.obla.et host.deo. Si enim olim de⁹
placabatur hostia mortua.multomagis
nunc hostia viua. Unde de noe legitur
Gene.viij. q deus odoratus est odorez
sacrificij eius. Et ait Nequaq̄z vltra ma
ledicam terre.propter homines. Et no
ta q de⁹ habuit p bono q abraam volu
it filium ysaac sacrificare deo. Et ait. Qz
fecisti rem banc nec pepercisti vnigentio

tuo ꝓpter me benedicēs benedicā tibi ⁊ multiplicabo te. Et multomagis hab3 ꝓ bono si hō seipm sacrificat ꝓpter deū in obsequ3 ꝓximo3. ¶ Secūdo nos amat xps veraciter. Diligere aūt veraciter est q̄ndo diligim9 psonā ꝓpter bonū suū. et non ꝓpter ꝯmodū nost3 qui vocat amor honestus siue amicicie. Sic nos xps dilexit q2 bonor nostror non indig3. Sic et nos debemus ꝓximū diligere propter seipm ⁊ nō ꝓpter sua. qualis est amor cō cupiscentie siue vtilis. q̄ndo sc3 aliquem amam9 quia est nobis vtilis. vl q2 ab eo bona spamus. qui nō est ver9 amor. Talis est amor hoim mūdi Vera aūt amicicia nō ē pensāda tpalibus ꝯmodis sed gtuito amore portanda vt dicit seneca. Itez veraciter tunc amam9. q̄ndo amam9 psonam in bonum virtutis ei9 ⁊ vicia detestamur nec psonis ꝯdescendim9 vt vicijs implicem̄. Q2 vt hic dr. Dilectō ꝓximi malū non opatur. aug. Sic diligēdi sunt homines vt eor nō diligant errores Tulli9. Nulla est excusatō si amicicie cā peccaueris. ber. Sanctiat lex amicicie vt ne rogem9 res turpes. nec faciam9 rogati. Sic et xps dilexit nos. Nā matri filiorū zebedej male roganti non ꝯdescēdit q3uis esset eius amica. vt patet math. xx ¶ Tercō amauit nos xps pseueranter. ioh. xnj. Cum dilexisset su. qui er. in mū. in fi. di. eos. Sic et nos debem9 ꝓximu3 diligere. puer. xvnj. Omi tpe diligit qui amicus est: Quidā diligunt solum tēpe prosperitatis. Eccli. vj. Est amicus socius mense ⁊ non permanet in die necessitatis. boe. Quem felicē fecit amicum. infortunijs faciet inimicū. Sc̄dō debem9 diligere ꝓximū sicut nosipos. Q̄ō sex modō exponitur. Primo diligere debem9 ꝓximū sicut nosipos. vt diligam9 in ꝓximo q̄ō debem9 diligere i nobis. In nobis āt debem9 diligere naturam nostram: q̄ est imago ⁊ similitudo dei. ꝓprio sanguine filij dei redempta. ⁊ idō valde caram eā debem9 habere.. Debem9 etiā in nobis diligere gratiā ⁊ virtutes ⁊ bona opera ⁊ non vicia et peccata. Et hec eadē debemus diligere in ꝓximo. ¶ Scdo debē9 diligere ꝓximū sicut ⁊ nos. i. ex quo nos sc3 caritatis affectu ⁊ effectu ⁊ non ex cō cupiscentia carnis. Eodem modo ꝓximū ex caritate diligere debem9. ⁊ nō ex aliqua mala ꝯcupiscentia. vel rōne ꝓpter quia est socius in aliquo malo. ¶ Tercio debem9 ꝓximu3 diligere sicut nos. .i. i quo nos: sc3 i deo ⁊ nō in mūdo. i. puritate ⁊ non in prauitate. ¶ Quarto debemus diligere ꝓximū sicut nos. i. ꝓpter qō nos. sc3 ꝓpter deum. ⁊ nō ꝓpter aliquod ꝯmodū tpale. Finis enī dilectōnis nostre ⁊ fructus dēt esse ipe deus. vt ipe sit tota merces nostre dilectōis. gen. xv. Ego er. mer. t. ma. nimis ¶ Quīto debem9 diligere ꝓximū sicut nos. id est ad qō nos sc3 ad gratiā in psenti et glām in futuro. Nec nos nec ꝓximū ad aliq̄m alium finem diligere dēmus puta ad regnandū vel gaudendū: vel aliqō hmōi. ecc. xij. Time deū ⁊ mā e. obse. Hoc ē enī omis hō. i. hic est finis oīm hoīm. Quia vt di. aug. Deus fecit hoīem vt deus cognosceret: cognoscendo amaret: amādo possideret. et possidendo frueret. ¶ Sexto debem9 ꝓximū diligere sicut nos. .i. q̄uo nos sc3 sup res tēpales et corpus nostrū, ꝓprium. sc3 infra deū. Plus enī debemus diligere salutē ꝓximi: q̄3 bona tpalia. et etiā plus q̄3 corpus ꝓprium. Et dēm9 pati esse si necesse ess3. ⁊ corpus ⁊ bona nostra pro salute aīe ponere: sc3 ꝓximi. Qui ergo sic diligit ꝓximū p fecto legē impleuit. ⁊ malu3 nō opat. Et nota q̄ nomine ꝓximi intelligit omis hō vt di. aug. ¶ Tertio videam9 q̄ faciūt ad attrahēdū alios ad amore3 suum.

Et dicendū q̄ sunt sex. Primus ē modestia sermonū. ecc. xx. Sapiens in verbis amabilē se facit. grē aūt fatuoꝝ effundētur. Multū enī loquētes sunt multum displicabiles. q̄ multū effundunt. puer. x. In multiloqo peccatū nō deerit. Propterea orauit dauid. d. Pone domīe custodiā ori meo. Ecōm est similitudo in ꝙuictu. vt bō sciat se ꝑformare boīs moribus alioꝝ. ⁊ non sit singularis ī domo ecc. xxj. Omē aīal diligit sibi simile. Cerciū est virtus in opibus. Virtuosi enim multū diligunt etiā a malis. ⁊ hoc q̄ sūt boni. quia vtus est que bonū facit hēntē ⁊ opus eius bonū reddit vt di. phūs. Bonū aūt ē qđ omīa appetūt vt di. idez phūs. Tullius. Nihil est virtute amabilius. nihil quod magis alliciat ad diligē dū. Unde eos quos nunq̄z vidim⁹ diligim⁹ virute. Hiero. Et quos ad ꝙtēplatōem sui roma nō traxit vnius boīs. sez tulliuj fama pduxit. Unde sup omnia bō qui vult dilīgi debet conari eē bon⁹.

¶ Quartuz est fidelitas in ꝓmissis ecc. xxxvj. Si est tibi seruus fidelis sit tibi q̄si anima tua. Omē enī rax cax. Et q̄ fidelitas rara est. iō cara. hiere. ix. Omnis bō a p̄imo suo se custodiat. ⁊ in oī fratre suo nō bēat fidutiā. q̄ oīs vir supplātās supplātabit. ⁊ omīs frater fraudulēter incedet. ¶ Quintuz est mutua obsequia et beneficia. Sapiēs. Hoc tpe obsequia amicos ⁊ veritas odiū parit. Unde iacob q̄ndo voluit sibit reconciliare fratrē suū esau et amicū sibi facere. misit ei munera. di. Placabo eū muneribus que p̄cedūt. gen. xxij. Multe amicicie recōiungunt̄ ⁊ multe paces fiunt p̄opt munera. prouer xviij. Donū boīs dilatat viam eius. et ante p̄incipes spaciuz ei facit. ¶ Sextū est p̄euenire amando aug. Nulla est maioꝝ ad amorē īuitatio q̄z p̄euenire amādo. ⁊ nimis est durus animꝰ. qui ⁊ si cū diligatur dilectōez nolit impendē: saltē nolit rependere. Et iō in obseqis ⁊ beneficijs p̄euenire dēm⁹ si cupim⁹ adamari. Et sic pz totū d̄ epla.

Dnica q̄rta d̄ euāgelio. sermo. XXIIII

Simile ē regnū celoꝝ homī qui semi. bo. se. in agr. suo. Math. xiij. Sicut d. greg. regnū celoꝝ idcirco rebus terrenis simile dicitur. vt ex his que animus nouit surgat ad incognita. q̄tenꝰ exēplo visibiliū ad inuisibilia se rapiat. Et iō xps veniēs spūalē vitā ⁊ gloriaz nos docere frequent in pabolis loquebat̄. Animꝰ eī boīs assuetus rēnis eleuat se difficulter ad inuisibilia. ¶ Et p̄opterea multi phī errauerūt sensuz trāscendere nō valētes Nam celestia corpa p̄mo mouentia et omnia disponentia esse dixerūt. ⁊ ipa tā q̄z deos adorāda boīes docuerūt. Xps aūt aliaz causaz assignat. vt sup hoc euāgelū patz quare in pabolis loquebat̄ vt sez hūiles ⁊ fideles qui in his q̄ sunt fidei intellectum suum captuent. credentes simpliciter quod ecclesia docet. misteria dei per fidei lumen cognoscant: et eis a spiritusancto reuelentur. Superbi autē et infideles qui nolunt se subjcere fidei discipline excecent̄: sui erroris recipientes mercedem. Unde sup hoc euangelū discipulis querentibꝰ q̄re in pabolis loq̄rēt. respōdit dominꝰ. Uobis datū ē noscē misteriuz dei. ceteris aūt in pabol' vt videtes nō videāt. et audietes nō intelligāt. Et ideo xps q̄ndoq̄z in pabolis loquebat̄. In hoc aūt euāgelio q̄daz pabola ꝓtinetur doctrinā ꝓtinēs valdē magnā. In qua quidē pabola q̄nq̄z p ordinem declarant̄. Primū est diuine bonitatis affluentia. q̄ bonum semē semina uit. in principio euangelij. Secundū est humane salutis negligētia ⁊ dyabolice

fraudis opatio. q2 dormierunt hoīes ⁊ dyabolus zizania seminauit ibi. Cū aūt dor. ho. ve. inimi. Terciū est rectorice vel rectorie pontentie ignorantia. quia vnd zizania agri habent ignorat ibi Cū autē cre. ber. ⁊c. Accedētes aūt ser. patrisfam. dix. ei. Domine nōne bonuz semen semi nasti in agro tuo. vnde ergo habet zizania. Quartum est diuine longanimitatis patientia. q2 vtraqz vsqz ad messem crescere mandauit dimitti ibi. Veruī āt dixerunt. Vis imus ⁊ colligim⁹ ea Quintum est magne equitatis iusticia. quia zizania et triticum p̄m vtriusqz decentiā recondi iussit ibi. Colligite p̄mū zizania et alligate ea fasciculos ad p̄burendum ⁊c. Primo ergo ponitur diuine boītatis affluentia. q2 seminauit bonum semen. Et hoc est. Simile est reg. ce. ⁊c. id ē simile est negotiū ecclesie q̄ regnū celoz dr. vt dominica. xx. post trinitatis dicetur Vel negotiū dei qui regnuz celorum dr ad ecclesiam simile est huic negotiō seminatoris quod fuit vel potuit esse. Non enī p̄patio hic est persone ad psonam. sz negotij ad negotium. Et quia totum hoc p̄sēs euangelium est in parabolis ido ē totum multice exponendum. Et qa cōtraria iuxta se posita magis elucescūt vt di. phūs. ido de bonitate seminatoris ⁊ malicia supseminatoris insimul prosequamur quāuis non eodem mēbro ponantur. D Nota ergo circa p̄mū q̄ iste seminator sz de⁹ pater in sex agris bonum semen seminauit. In quib⁹ omnibus preter sextuz dyabolus loliuz vel zizania supseminauit. Ecc. xxxmj. Unū cōtra vnum. bonum contra maluz. Et nota q̄ zizania in singulari est feminini generis. ⁊ dclinatur hec zizania hui⁹ zizanie In plurali vero est neutri generis. ntō hec zizania horuz zizaniorum. vnde ē nomen etheroclitū Primus ager est cellū empurreū in quo deus naturā angelicā seminauit que est optimū semē ⁊ omi uz pfectione ꝑpleta. et nulla alia creatura sic ad dei bonitatē ⁊ pfectōnem appropinquauit. Unde aplis di. de xp̄o hebre. .j. Uidimus cum paulomin⁹ ab āgelis minoratū. In hoc agro dyabolus superseminauit zizanā scz superbiā magnā quia deo eq̄pari voluit in eo q̄ bonitatem suaz voluit a seip̄o habere. Esa. xmj. Qui dicebas in corde tuo. In celū ꝓscendā supra astra celi exaltabo soliū meū. sedebo īmonte testamenti in lateribus aquilonis ⁊ similis ero altissimo. Secūs ager est paradisus deliciarū. in quo deus seminauit bonū semē scz humanam naturā: sex maximis excellencijs dotatā Nam erat īmortalis vt posset non mori. Unde nec īfirmitas aliqua eā occupasset. nec ignis vel aqua vel aeris intempies. vel aliqd aliud eā lesisset. nec dyabolus in eā ītrare potuisset. Erat dominans omni creature inferiori. Omnia enī inferiora sibi ad nutum obedissent. ⁊ terra ⁊ arbores ad votū fructificassent. Erat in se valde ordinata ⁊ nunq̄z caro domīata esset. erat plena scīa. ⁊ sciaz sine labore īpostex habuisset. Erat dō gr̄a ⁊ accepta p̄ virtutuz et donoz possessionē. ⁊ erat ad regnū sine labore ⁊ dolore viuēdo vēta In h⁰ agro dyabol⁹ supseminauit zizania. s. īobiam. vanā gl̄az ⁊ gulā. gene. nj. Neq̄q̄z more. s. e. s. dij. s. ⁊c. Tercius ager ē mūd⁹. in q̄ de⁹ semīauit multa bona semia. s. mīitudiez et diuersitatē creaturaz. in q̄ hō valde īstruit suū creatorē ad ꝓgnoscēdū ⁊ p̄ ꝓseqns ad amādū. Nā īcreatax ꝓductōe ꝓgnoscit di oīpotētia. In creatax ordinatōe di sapīa. In creatax gubernatōe di puidētia. Et in īpax ppetuatōe di pmanēna. q2 effectus non est melior et durabilior sua causa. In hoc agro dyabolus superseminauit zizania scilicz magnā discordiā

et magnam miseriã ⁊ magnã deceptõez. ¶Hec enĩ tria in omnib⁹ animalib⁹ repiũnt ⁊ maxime ĩ homib⁹ ĩ qb⁹ ẽ maxia discordia et briga. Quilibz enĩ vult cẽ dominus et suã voluntatẽ facere. Et iõ iuicẽ se expellunt ⁊ occidũt ¶Nõ enĩ pugnãt pro iustitia et veritate sed pro ãbitu bonoz ⁊ ꝓpetitu diuiciaz. iac.mj. Und bella et lites in vobis. nõne ex ꝯcupiscẽciis vestris q̃ militant in mẽbris vestris ¶Jligatis ⁊ belligeratis ¶Jtẽ in hoĩb⁹ est magna deceptõ. Quilibz enĩ nititr alium decipe ⁊ supplantare. puer. ¶Omis ẽptor dicit malũ est malũ ẽ. et cũ recesserit gloriatur. hiere. ix ¶Oĩs hõ a ꝓximo suo se custodiat. ⁊ in omi fratre suo nõ bẽat fiduciam. mich. vij. ¶Ab ea que dormit in sinu t. custodi claustra oris tui. qz fili⁹ ꝓtumeliã facit patri. ⁊ filia ꝓsurgit adue⁹sus matrẽ suã. ¶Propter ea di. apls. ad eph. v. Videte qõ cau. ãb. ¶Jtẽ ẽ in hoĩb⁹ magñ miseria. Cuz miseria enim nascimur. cum miseria viuim⁹. ⁊ cũ miseria morimur. ⁊ in valle miserie habitam⁹. ⁊ iõ puer nascẽs incipit a ploratu sue calamitatis ꝓphet. ¶Hõdũ loquit ⁊ statĩ ꝓphetat. vt di. aug. eph. v. Redimẽtes tps q̃niã dies mali sunt. Ex quo adã lapsus est. ⁊ ẽ paradiso expulsus oẽs dies mali sunt ⁊ pleni miseria: vt di. idẽ aug. Job. xiij. ¶Hõ natus de mu. bre. vi. t. reple. mul. mi. ¶ Quartus ager est aĩa hoĩs in quo de⁹ bonuz semen semĩauit sez suã simlitudinẽ in essentia ⁊ potentijs. et suã bonitatẽ in gracijs ⁊ virtutib⁹ et spũ sancti donis. Esa xj. Requiescet sup eũ spũs dñi. spũs sapiẽtie ⁊ intellectus. spũs sciẽtie ⁊ pietatis spũs ꝓsilij ⁊ fortitudinis. ⁊ replebit eum spũs timoris dñi. ¶In hoc agro dyabol⁹ supseminauit pessimã zizaniã sez cõcupiscentiã maloz. ¶Nam anima instigata a carne. mala ꝯcupiscit et illicita desiderat Gen. viij. Sensus enim hoĩs et cogitatio humani cordis ꝓni sunt in malũ ab adolescentia sua ¶Jtem rebellionẽ viri uz inferiorũ ad rõnẽ. Ro. vij. Uideo aliam legẽ in mẽbris me. repu. le me. m. Et ĩhabitatõez vicioz vt imago di ĩ ipa sit totaliter trãsformata. ⁊ sit imago cesaris ⁊ nõ dei. et que debuit dom⁹ di esse. efficiatur habitaculũ demoniũ. Luc. xj. Tunc vadit ⁊ assept. al. spũs neq. se. ⁊ ingres. ha. ibi ¶Quint⁹ ager est ecclesia militãs. in q̃ dns seminauit bonũ semẽ. scz vbi pdicatõez vt homo de credendis ⁊ agendis instruat. pctõrum remissionem. vt hõ de mãu dyaboli liberet. corpis sui manducatõz vt hõ in dei amoꝛe ꝓseruet. ⁊ medicinaz. i. sacramentoz ecclie exhibitõz vt hõ ab omni infirmitate saneť. Et nota q̃ iste ẽ ager achel demach emptus sanguine ihesu christi in sepulturã pegrinoz. i. sanctoz q̃ se pegrinos reputãt in hoc mõdo. heb. xi ¶Confitentes q⁹ hospites ⁊ pegrini sunt sup terrã. Sepulcrũ autẽ malorũ est infernus Lu xvj. ¶Dor. est duces et se. in infer. Et ideo patrimoniũ xpi crucifixi vocat ecclia ¶In isto agro seminauit dyabolus pessimã zizaniã. s. hereticã prauitatẽ cũ multis errorib⁹ Simoniacã maligni tatẽ cum multis muneribus. Scismaticam diuisionẽ. cum multis seditiõibus Et malam temporaliũ administrationẽ cũ multis tribulatiõibus. ij. machab. vj. ¶Jã templũ luxuria et comesatõib⁹ erat plenũ ⁊ scortãtiũ cũ meretricib⁹ ¶Altare etiã plenũ erat illicitis q̃ legib⁹ phibebãt ¶ Sextus ager est beata virgo in quo deus semina uit vbum suum diuinum. et eternum cum plenitudine gratiarum et virtutum. Terra illa quondam inculta facta est vt ortus voluptatis. ¶Hic est ager plenus: cuius fragrantiã deus pater sentiens benedixit ei . ¶Hec est terra bona ⁊ optima que attulit fructuz centesimum: sexagesimum ⁊ tricesimuz.

quia et virgo: et nupta: ⁊ vidua fuit. In hoc agro dyabolus nunq3 potuit aliqđ malū seminare. Cant. iij. Tota pulcra es ami. m. ⁊ ma. nō ē in te Et sic patet q̄ deus vicit dyabolū in seminis ꝓpagatōne q2 bonū est potenti⁹ malo: nec dyabol⁹ tantū abundat in malo q̄ntum deus in bono. et sic patet ꝑmuz. ¶ Scđo ponit humane salutis negligentiā. ⁊ dyaboli ce fraudis opatōez. Sed opera dyabo li in p̄cedēti mēb2o sunt dicta in zizaniā rū superseminatōe. et iō solū de hūane sa lutis negligentia videam⁹. que in hoīm dormitōne notat. Ubi nota q̄ mirabili ter ē hō negligens circa salutē suam ⁊ mi mis circa ipam dormit. ¶ E ¶ Sed p̄ pter quattuo2 dormire nō dēt. Primo q2 est in fortissimo p̄lio ꝓstitut⁹. in q̄ hēt cū diuersis pugnare. q2 inimici eius nō dormiūt scz demones. sed sp insidias ma chinant. Job. xxx. Qui me comedūt non dormiūt. i. Pet. v. Sob. est. ⁊ vi. q2 aduer. vester dya. tā. le. ru. c. quē. deu. cui. re. fo2. in fi: Et hoc est qđ hic dz. Cū āt dormiēt homines. i. q̄ndo tps aptuz esset ad ten dendū laqueos. qđ tunc est q̄ndo hoīes incaute se habent. nec d̄ salute sua curāt. tunc eni dormiūt Obseruat eni tps ⁊ lo cuz ⁊ ꝓplexionē ⁊ modū. ⁊ opo2tunitatē vt melius possit hoīes capere. et tunc ten dit laqueos ⁊ insidias pat vbiq3: ac etiā in medio tritici. i. inter ipa bona. qui sub spē boni freq̄nter mala facit operari vt vsurari⁹ sub spē pietatis feneratur int dū vt maritet filias et nutat filias. ne ma lā arripiāt viā. j. coz. xj. Spe. n. satbanas transfigurat se in angelū lucis. Gen. xxx sicut eni domin⁹. q2 quacunq3 die ꝓmede ritis ex eo apiēt oculi vestri. q. d. Comedi te secure quia ex hoc sequet bonū ⁊ non maluz. Et hoc ē qđ hic dz. Et abijt. glo. i. abscondit se vt occultissim⁹ Et iđo nul lo mō est dormiendū cuz inimici nostri non dormiāt. ps. Ecce nō dor. ne dor. q̄ c. is. Cui⁹ rōnē assignat bea. Quia non dor mit neq3 dormiet q̄ ꝑpugnat israel. gene. xxxj. Fugiebat somn⁹ ab oculis meis di xit iacob. Itē in hoc prelio est ꝑditio. qa caro que deberet animā adiuuare ꝑdit eam. et nititē eam tradere in manus inimi coz. gal. v. Caro ꝯcupiscit aduersus spi ritū. Stultus aūt esset qui in castro for titer oppugnato vbi sciret ꝑditores esse obdormiret. Et stultō2 qui in gremio p̄ ditoris obdormiret. Exemplū samsonis qui obdormiuit in gremio dalide q̄ tra didit eum in manus philistinoz inimi coz suoz̄ qui ligauerunt et exoculaue runt eu3. et fecerunt eū molere vt iumē tum. vt patet. iudi. xvj. Talida est caro q̄ndo aūt hō dormit in sinu carnis. id̄ latisfacit eius voluptati et in eius amo re letatur. et negligit eius d̄sideria refre nare. tunc tondet omnibus virtutibus et oībus bonis ⁊ tradet in manus demo nū. q̄ fasciūt ei oculos ne videat q̄ducat: et mala que patitur⁹ ē. sicut fasciat suspē dēd⁹ ⁊ facūt eū molere. i. d̄peccato i pec catū circūire. ps. In circūitu impij ābu lant. Qui ergo sic dormiūt ꝓfundentur hiere. nij. Dormiem⁹ in ꝓfusione nostra. Propterea d. apls. j. ad thes. v. Nō dor miam⁹ sicut et ceteri: sz vigilem⁹ ⁊ sobrij simus. ephe. v. Surge qui dormis: ⁊ ex urge a mortuis. et illuminabit te christus ¶ Secūdo nō dēm⁹ dormire. q2 temp⁹ vigilie est valde breue. et tempus q̄tis erit ppetuz. Job. xmj. Breues di. bo. sunt .j. coz. vij. Hoc aūt dico fratres tempus breue ē. Reliquū est vt qui habent vxo res tāq3 nō hēntes sint. et q̄ flē. tā. nō flē. sint. ⁊ q̄ gau. tā. nō. g. et q̄. em. tā. nō pos. ⁊ q̄ vt. hoc mū. tā nō vtant. Et qđ est tota vita presens vnius hoīs respectu etez nitatis future. certe nihil. psalmis. Quo niam mil. an. an. oc. t. tā. di. bester. que. p.

Et iō xp̄s rep̄hēdit petrū d. Symō dor/
mis nō po. vna hora. vigi. me. math. xvj
Tercō nō debem⁹ dormire: q̄ nō ē lo
cus aptus: neq; tps dispositū dormitio
ni. Locus nō ē aptus q̄ totus mūd⁹ est
plen⁹ fecib⁹ pcō̄r. j. ioh. v. Totus mūs
in maligno positus ē. Plen⁹ p̄ssuris tri
bulatōnū. io. xvj. In mū. p̄ssurā hēbitis.
in me aūt pacē. Tēpus nō ē dispositū: q̄
nox p̄cessit ⁊ aurora gracie iaz venit: vt
deinceps bonis opibus intendam⁹ ab/
iectis opib⁹ tenebrarū. ro. xvj. Nox pre/
cel. dies āt appin. Abijci. ergo opa tene.
⁊ indu. ar. lucis. sic vt in di. bo. ambulē⁹
esa. lx. Surge et illuminare hierusalez.
q̄ venit lux tua. Quarto nō debem⁹
dormire. q̄ semp in morte sum⁹. mat. mj
Jā securis ad ra. ar. po. ē Multa picula
ip̄ nos circūdant in quibus semp sum⁹
in morte. Propter q̄ cātam⁹. Media
vita in morte sumus. Et quis possz dor/
mire dum deberet sibi caput amputari.
⁊ dato q̄ nullū picz imineret. tamē sero
mortis fortissime appinq̄t. et ianua celi
est apta ⁊ iamtor clamat: vt cito eamus
alias ianua claudet nobis. mat. xv. Me
dia nocte clamor factus est. ec. spō ve. er.
ob. ei. et q̄ pa. e. intr. cū e. ad nup. ⁊ clau. ē
ia. Nouil. vo ve. et re. v. d. Dnē domine
ap̄i nobis. At ille ait. Amen dico vobis
nescio vos. Vigi. itaq; ⁊c. Et sic pz scōm
Tercō ponit rectorice potestatis igno
rantia. ¶ Ignorant enī rectores et
p̄lati vnde zizanie heresum nascantur ī
populo. et hoc ꝓpter tria. Primo quia
dormiūt et nō ꝓsiderant ꝓpīm sibi ꝓmis/
sum. nō intrat ⁊ erit lup⁹ et nō ꝓpendūt.
Contra q̄s puer. xxvij. Diligent attēde
vultū pecoris tui. tuasq; greges ꝓsidera
ezech. nj. Fili hoīs speculatorē dedi te fi/
lijs israel ex ore meo et annunciabis eis
ex me. Qd̄ si dicente me ad impiū morte
morieris et tu nō annūciaberes ei sanḡ/
nem eius de manu t. req̄. Non enī ꝓside
rant oues: nisi q̄ndo debent tonderi. et
tunc ꝓsiderant diligent dicētes cū filiis
heli sacerdotis. j. reg. ij. Da mihi carnez
vt coquā sacerdoti nūc dabis: alioquin
tollaz vi. Ecdo q̄ nescīūt ꝓsiderare ⁊
non solū nescīūt zizania heresum distin/
ti. Apo.nj ¶Nescis q̄ tu es miser & miserabilis & paup & cecus & nudus. Et iō ne cesse habemus nō solū orando petere. sꝫ clamare. j. Habac.mj. Et nūc clamemus in celū & miserebit nostri deus noster

¶ Tria enī solēt homī esse occasio clamādi. s. ignis. aqua. & hostes. Hec tria omni die nos incitant ad clamandū. Nā ignis carnalis c̄upiscētie semp nos cōburit. Roꝫ.vij. Video aliā legē in membris meis repug.le.mē.mee & captiuantē me in lege miserie & pcti. Job.xxxj. Ignis est vsqꝫ ad p̄summatōem deuorans. Aq̄ tribulationū vndiqꝫ nos circūdant. ps. Saluū me fac domīe quoniam intrauerunt aque vsqꝫ ad animā meā. Infix.suz in li.pfun. Et sequit. Laboraui cla.ra.fac. sunt fa.me. Gregorius. ¶Pestilentias sine cessatōne patimur. ij. Coꝫ.xi. ¶Periculis flu.picu.la.pi.ex ge.pi.ex gen.ꝛc ¶Propter que omīa dicit salomon eccl's.mj. et laudaui magis mortuos. q̄ꝫ viuētes. Itez hostis infernalis quotidie nos insequitur j. Pe.v. Aduersarius vester dyabolus tanq̄ꝫ leo rugiens circuit. quē deuorꝫ ꝛc Clamamꝰ ergo fortissime. Esa.lvnj. Clama ne cesses. q̄ non cessant q̄ te infestant cum vero cessauerint sile ¶ In fine istiꝰ mēbri nota duo circa orātōez scz quomodo sit orandū. & que impediūt orātōez exaudiri. ¶ ¶ Circa p̄mū nota q̄ decez condicōes debet habere pfecta oratō ¶ ¶Primo enī oratō debꝫ fieri cum fiducia impetrandi. Jaco.j. ¶Postulet autē i fide nihil hesitans. Fides enī multū facit ad impetrandū. Marci.ix. Si potes credere. omīa possibilia sunt credēti. Mathei vnj. Vade & sicut credidisti fiat tibi. ¶ Secūdo debet fieri cū reuerentia. Eccli. xxxij. ¶Pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Augustinus. Citius exaudit vna oratō obedientis q̄ꝫ decē milia p̄temnentis Sic reuerent orabat chananea q̄ veniēs

adorabat xpm. ¶ Math. xv. & ideo fuit exaudita. Sic reuerēter petebat ille tercius quinquagenarius pro filye vt nō despicerz animā suā & ideo nō fuit cōbustus sicut alij duo. mj. re. j ¶ Nota hic q quidā sunt sicut milites pilati q genuflectebant & percutiebant xpm. sic multi genuflectūt & percutiūt xpm in peccatis suis imo crucifigunt vt dicit aplus ad hebre. vj. ¶ Rursum crucifigentes sibimetipis filiū dei & ostētui habentes ¶ Tercō debz esse decēs vt petat decēcia a deo. ¶ Augustin⁹ Oratō est petitio decentiū a deo. Ja. mj. ¶ Petite & nō accipietis eo q male petatis. ¶ Mater filiorum zebedei nō fuit exaudita eo q petiuit indecēter. q ex parentela voluit filijs regnū dei dari. ¶ Mathei. xx. ¶ Nescitis qd petatis. Vbi nota ſm aug. tria sūt genera bonorz. s. infima. media. & supma. Infima sunt bona nature & fortune q sūt bonis & malis cōmunia. Hec nō debemus simpliciter a dō petere. sz sub ꝓdicōe scz si expediāt & pſint. ¶ Aug. Si ipalia petitis cum modo petite & cū timore. & illi ꝓmittite vt si pſint det. si aūt scit obesse nō det Quid aūt pſit & obsit medic⁹ scit & non egrotus. Hec etiā debem⁹ cū moderamine petere. puer. xxx. Diui. & paup. ne. de. mi. sed tā. vic. m. tri. ne. ¶ Math. vj ¶ Panē nostrz quotidianū da nobis hodie. j. thi. vj. Habētes alimēta & q. te. bis cōtenti simus ¶ Media sunt bona grē. scz. vtutes & dona spūssancti que soluz bonis insunt Hec debemus simplicit & feruent petere Lu. xj. ¶ Petite & dabit vobis. qrite & inuenietis. pulsate & apiet vobis. Suprema sunt bona glē. Hec tanqz finē omnū petere debem⁹. & tanqz pfectū bonū Jo. xvj ¶ Petite vt gaudiū vestrz sit plenū. Ber. Reuera illud est plenū & pfectū gaudiū. qō nō de creatura sz de creatore cōcipit. qō cū possideris nemo tollit a te. cui oīs alius de tocūditas ꝓpata meror est omnis suauitas dolor. & omne dulce amarz & omne decorz fedū ¶ Quarto debz esse humilis & deuota. Eccī. xxxv. Oō humiliantis se nubes penetrat. Exemplum d publicano q iustificatus est q humiliter orauit. Hec humilitas magis attēditur. quādo orās nō cōfidit de meritis suis sz in vtute xpi se credit obtinere. Et hoc est qd hic dr. Si qd pa petieritis in no meo ꝛc. Et ideo etiā in fine omniū orationum statuit eccīa dicendū pdūm nostrz iesuz xpm ¶ Quinto debz esse pficua oranti. aliter nō exaudiret. Luce. xj. Si vos cuz sitis mali nostis bōa data dare filijs vestris. quanto magis pater vester celestis dabit spūm bonū petētibus se Exēplum de paulo quē christus nō exaudiuit pro stimulo auferēdo. quia nō petebat profi cuum sibi. Et hoc est qd hic dr. Si quid pe. pa. in noīe meo dabit vobis. ¶ Augustinus. Nō petit in nomīe saluatoris quid qd cōtra salutē petit. Qui in nomīe eius petit & si nō ꝓtra salutē petit accipit quā do debet accipe. Quedā enī nō negant. sz vt ꝓgruo dent tpe differuntur. Beda. ¶ Apostolus nō in nomīe saluatoris petiit vt temptatōne careret. quā ob custodiam humilitatis accepat. Si enim hac caruisset saluus esse nō potuisset ¶ Sexto debet esse digna vt orans sit dignus recipere vtpote amicus dei. Quia vt di. gregorius. Cuz ijs q displicet ad interpellādum mittit irati iudicis animꝰ ad deteriora ꝓuocat. Exemplū de moyse cui oranti. p peccato totius ꝑli. dominꝰ dixit. Et ex hoc suscipiaz p̄ces tuas. te enī noui ex nomīe. id est. ex spēali amicicia Hec autē dignitas in duob⁹ attendit. scz vt orans dimittet peccata. & obediat deo. Quātū ad pmū ysidorus. Sicut nullum proficit in vulnere medicamentū si adhuc inuolutū ferrū sit. sic nichil pficit oratō ipi⁹ cuius adhuc peccatū in mēte vel odiū ma-

net in pectore. Eccl. xxxvij. Unus orās et
vnus maledicēs cui⁹ vocē exaudiet do⁊
minus. Quantū ad secundū gre. Quid
mirū si postulantes a domīo tarde exau
diunt. q precipientē dominuz tarde aut
nullo modo audiūt. puer. xxviij. Qui dē⁊
clinat aurē suā ne audiat legē. oratō eius
erit execrabilis ¶ Septimo debet eē or⁊
dinata scz vt p̄mū petant celestia t spūa⁊
lia. deinde terrena t corpalia. Math. vij
Querite p̄mū regnū dei t iusticiaz eius.
Piccadit exemplū illius mulierij. q̄ omī
mane petebat tria scz sanitatē in se t con
seruatōem in mulis. t bonū tpus. t p hīs
dicebat omni die ter pater noster. sic mī
ti faciūt qui solū tempalia petūt. Job. mj
Da mihi domīe hāc aquā vt nō sitiam.
neqz veniā huc haurire Sic christus do
cuit ordinate orare vt pater noster. In q̄
omniū p̄mo petit sanctitas t regnuz dei
Math. vj. Sanctificet nomē tuuz adue
niat regnū tuum ¶ Octauo debz eē bre
uis. Math. vj. Cum oratis nolite multū
loqui sicut ethnici faciūt. putant enim q̄
in multiloquio suo exaudiant Sic autē
dicetis. Pater noster q̄ es in celis. In q̄
septem petunt t dicunt ¶ Nono dz esse
cum attentōne cordis. Quidā enī dicūt
solum labijs scz minime corde. Esaie. xxix
Populus hic labijs me honorat cor āt
illoz longe est a me. Iobā. mj. Veri ado
ratores adorabūt patrē in spū. Gregori⁊
us Si eternā vitā ore petimus nō tamē
corde desideram⁹. clamantes tacemus t
ecōuerso si corde petimus silētes clama⁊
mus. Exemplū de moyse cui domin⁹ di⁊
xit. q̄d clamas ad me moyses cum tū mo
yses sileret. exo. xiiij. Multi dicūt tota
die. deus in adiutoriū meū intende. t glā
patri. t nihil attendūt Figura habet gen.
xv. vbi dr q̄ abraā abiegebat aues a sacri
ficio. Aues sunt demones. q̄ orātes faci⁊
unt mala t vana cogitare. q̄ deuorant sa

crificiū oratōnis. vt non referat fructum
t ideo debent fugari. ¶ Decimo debet
esse continua t cum perseuerantia. Luce
xviij Oportet semper orare t non defice
re. Augustinus. Bonum desideriū ora⁊
tio est. t si continuū est desideriū. ꝓtinua
est et oratō. Justus nunquā desinit ora⁊
re nisi desinat esse iustus. Semper orat.
qui semper bene facit. Luce. xj. Si perse⁊
uerauerit pulsans dabit ei quoquot ha
bet necessarios. In cuius figura manda
tum est in lege q̄ semper cauda animalis
deberet poni in sacrificō. Eccls. vij. Me
lior est finis oratōnis q̄z principiū. Qui⁊
dam sunt sicut chimera que habet caput
leonis. medium capre. t caudā serpentis
quia feruenter incipiunt. tepide mediāt.
t in fine ita frigescunt q̄ non audent ca⁊
put leuare. Et sic patet que requirantur
ad verā oratōem. Hec omnia notant in
hoc quod dicit. Dabit vobis scz apostо
lis t eoz sequacibus. qui omnia supradi
cta decez perfecte habuerunt. t ideo om⁊
nia impetrarunt. Et per hec eadē patet.
quare oratō frequenter non exauditur.
quia scz deficiunt supradicte condicōnes
Osee. xiij. Dabo eis regē in furore meo.
Augustinus. Exaudit dyabolus petēs
iob ad temptandū t non exauditur apo
stolus petens stimulum amoueri. Ex⁊
audiuit quem disposuerat damnare. et
non exaudiuit quē disposuerat saluare.
Et sit patet prima ¶ Secūdo temp⁹ ob
scuritatis et claritatis circa opa christi
insinuat cū dicit. Hec in puerbijs locut⁹
sum vobis. venit hora ꝛc. que obscuritas
t claritas pōt quadrupliciter cōsiderari
¶ Primo ꝓsiderādo vetus testa
mentū t nouū. q̄ in veteri testamēto om
nia opa xp̄i fuere p̄figurata i quadā nu⁊
be et caligine. vt patz i agno t hedo. exo.
x. et in duobus hircis q̄z vnus debebat
occidi et ali⁹ emitti in desertū. Leuit. xvj.

Et similiter ī vacca rufa que debebat occidi extra castra ⁊ ibi cōburi ⁊ cineres ꝺebebant mitti in aquā lustrationis q̄ spargebant immundi. Nūeri.xix. Et similit ī serpente eneo quē dominus mandauit suspendi in palo. In eodē.xxj. Co.x. Omnia in figura ꝓtingebant illis. Hebreo.x Umbrā enī habēs lex nō ipam imaginē rerum. Et ad hoc significandū per totuz tempus in quo filij israel fuerūt in deserto nunq̄z defuit eis columna nubis per diē. Exo.xiij. Et similiter quādo templū fuit dedicatū. impletum est nebula.xj.re. vnj. Similiter oīa dicta de xp̄o in veteri testamento erant velata ⁊ quasi prouerbia. vt dicit basilius. aliter sunt accipenda hic ꝓuerbia. ⁊ aliter apud seculares. apud quos ꝓuerbiū ꝺr probatū verbuz qꝺ ab omnibus intelligit̄. hic autez dicit̄ ꝓuerbiū obscurum verbū. Unde hec in ꝓuerbijs locutus sum vobis. id est. in obscuritate ⁊ in enigmate. Basilius. Prouerbioꝝ nomē habere in vulgarib⁹ verbis consuetudo hominū solet. id est. ea q̄ ex traditōne antiqua tradunt̄. Sed hec vulgi opinio est ⁊ ꝯmunis Nobis autē prouerbiū est sermo habēs aliquid vtilitatis in aperto. plurimū autē sensum cōtegens in occulto. Augustinus. Quod intelligenti est verbū non intelligenti est prouerbiū. Et sm hunc modū omnia dicta de christo in veteri testamēto erant q̄ si prouerbia. nobis aūt sunt verba ⁊ luce clarius manifesta. Et hoc ad signanduz in morte xp̄i velū templi scissuz est ī duo. a summo vsqz deorsum. Iobā.xvj. Ego palam locutus sum mundo ⁊ in occulto locutus sum nihil. Et hoc est quod dicit Uenit hora cū iam nō in prouerbijs loquar vobis. sz palā de patre meo annunciabo vobis. Secūdo potest cōsiderari compando hominez ī statu peccati ad hominē in statu grē. ⁊ spūalis resurrectiō

nis. Homini eī existenti in peccatis omnia dicta ⁊ facta xp̄i sunt prouerbia. id ē. obscura ⁊ tenebrosa. Ephe.iij. Tenebris obscuratū habentes intellectū alienati a vita dei. ij.pe.j. Cui hec presto nō sunt cecus est ⁊ manu temptās ꝛc. Que omnia homini existēti in gratia sunt clara ⁊ manifesta. Augustinus. Oculis egris odiosa lux est que puris est amabilis. Eph. v. Fuistis enī aliquādo tenebre nūc autē lux in domino. Spiritussanctus enim revelat misteria dei. j. Cor.ij. Spiritus autem scrutatur omnia etiā profunda dei. Gregorius Sancti inquātū vnum sunt cū domino sensum domini nō ignorant. j. Iobā. v. Dedit nobis sensum vt ꝓgnoscamus deū verū. Unde ponit exemplum grego. de radio solis transeūte ꝑ domum qui facit minimos pilos videri. Simile est de spūsancto existenti in anima. Hoc fuit figuratum in columna ignis filiorum israel. Columna ignis erat filijs israel lucida ⁊ egiptijs tenebrosa. Et hoc ē qꝺ dicitur. Uenit hora post resurrectōnem et spūssancti missionē quādo nō in prouerbijs loquar vobis. sed palam de patre meo annūciabo vobis. Luce.xxiij. Tūc aperuit illis sensum ⁊ intellectū scripturarum. Spūssanctus etiā veniēs omnia docuit eos. Iobā.xvj. Ille vos docebit omnia. per statum enī apostolorum in christi passione figuratur status peccatoris quia in passione omnes peccauerūt. per statum autē eoꝝ post resurrectiōem sīgnificatur status iusti. qui resurrexit a morte peccati. Ephe.v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te christus

Tercō potest cōsiderari cōsiderando populū dei ad omēs alios populos. qui omēs sūt cecati ⁊ omīs scriptura ē ei prouerbiū et enigma. Mathb.xiij. Vobis datum est nosse misterium regni dei. ceteris autem in parabolis vt vidētes nō videāt

ꝛ audientes nō intelligāt. Esa. vj. Exceca cor populi huius ꝛ aures eius aggraua ꝛ oculos eius claude. ne forte oculis suis videat ꝛ auribus suis audiat. Joban. ix In iudiciū ego in hunc mundū veni. vt q̄ nō vident videant ꝛ q̄ vident ceci fiant Et qō peius in istis est. q̄ nec credūt nec intelligunt se nō intelligere ꝛ errare omnes enī dicūt se intelligere ꝛ habere verā fidē ꝛ nos cōdemnāt. qō est pessima ꝓdicio q̄ sic stando ꝛ credēdo nunq̄ possūt saluari. Joh. ix. Si ceci essetis peccatum nō haberetis. nunc aūt q̄ dicitis videm⁹ peccatū vestr̄ manet. Populo autē dei omis scriptura dei est apta ꝛ nō puerbium Hebre. xij. Omia aūt aperta ꝛ nuda sunt oculis eius Anctō enī docet de omnibus. vt dr̄. j. Jobā. ij. Actu. xx. Nō subterfugi quo min⁹ annunciarē vobis oē ꝓsiliū dei Quarto potest considerari ꝓpando statum eccie militātis ad statū eccie trūphantis. q̄ in p̄senti sunt omia nobis obscura ꝛ puerbia. nec aliqō perfecte cognoscere possum⁹. j. Cor. xiij. Videmus aūt nūc per speculū in enigmate Eccl̄s. vij. Dixi sapiēs efficiar ꝛ ipa longius recessit a me In vita autē beata omnia clare videbimus. j. Cor. xiij. Nūc cognosco ex pte tunc autē cognoscam sicut cognitus sum. q̄ sicut deus p suā essentiam ꝓgnoscit nos sic ꝛ nos in eadē essentia cognoscemus deū ꝛ omnia. p̄s. In lumine tuo videbimus lumē. Gregorius. Quid est qō nesciant q̄ videntē omia vident. Et isto quarto modo exponit beatus augustinus q̄ ait Possem ꝛ ego hāc horā futur̄ seculū intelligere in quo videbimus eum sicuti est. qō apostolus dicit facie ad faciē. Qō ergo dicit hec in puerbijs locutus sum vobis. apostol⁹ dicit p speculū in enigmate. Qō autē dicit. venit hora cū iam non in prouerbijs vobis loquar. sꝫ palam de patre meo annūciabo vobis. apostolus dicit facie ad faciem. Et sic patet secundū.

Tercio magna virtus perfecte oratōnis innuit cum ait. Et nō dico vobis quia ego ro. pa. de vo. ꝛc. id est. tanta virtus erit vestre orationis facte in fide. qua creditis me a do exisse p eternam generationē. ꝛ in mūdū venisse. per carnis assumptōem. ꝛ a mūdo recedere per eiusdem carnis subtractōem ꝛ facte in caritate qua me diligitis super omnia. q̄ nō indigebitis apud deū aliquo intercessore sed ꝛ ipsa oō vestra sic facta in fide ꝛ caritate omnia obtinebit. Hilarius. Caret apud deum intercessionis necessitate perfecta de filio fides. que q̄ exiuit a deo credit atq; amat. ꝛ p seipam ꝛque audiri meretur ꝛ amari natum ex deo filium missumq; cōfessa Augustinus. Exiuit enī a patre. q̄ de patre est. in mundū venit. q̄ mundo suum corpus ostendit. mundū reliquit corporali discessione perrexit ad patrē homis ascēsione. nec mūdū deseruit p̄sentie gubernatōne. quia sic in mundū venit exiens a patre vt nō desereret patrē. Unō sicut ſm corpulentā substantiā in mundū venit p natiuitatem. sic ſm eandē de mūdo exiuit per mortē. Quānis ista verba. sc̄z. ꝛ credidistis q̄ a dō exiui. nō sint accipiēda p̄ illo tempore. sed p futuro. s. post resurrectōnem. ꝛ post spiritussancti missionem. quia vt dicit augustinus. nōdū erāt apostoli tales quales eos dicit. nec sic credebant sed fiendi erant tales. Unde credidistis q̄ a deo exiui. i. credetis p̄teritū ponit p futuro ꝓpter certitudinē dicti. sicut ꝓphete ꝓpter eandē certitudinem p̄teritū p futuro posuerūt. Esaie. ix. Puerul⁹ enī natus est nobis ꝛc. Unde augustinus dicit q̄ apostoli p̄dicta v̄ba nō ītelligebāt. nec se nō intelligere cognoscebant. Et iō dicūt. Ecce nunc palā loqueris ꝛ prouerbiū nullū dicis. Sed

quomodo hoc est vex. qz ipe pater amat vos qz vos me amastis. imo econuerso. qz pater amat vos. ideo vos me amatis cum scriptū sit. j. Job. mj. In hoc apparuit caritas dei nō quasi nos dilex. d. sz quoniam ipe pri. di. nos. Ubi nota q caritatem ⁊ omēs virtutes gratis ex amore nobis deus infundit. ¶ Matb. x. Gratis accepistis gratis date. Qui ergo virtutib⁹ a deo sibi datis bene vtunt. et ex amore ipm reamant. ex hoc deus iteruz diligit eos ⁊ magis diligit. ⁊ ideo amor noster ad deū est effectus ⁊ causa. qz a dō procedit ⁊ ad deū reflectitur ꝓpter quaz reflexionem deus diligit nos. ¶ Prouer. vnj Ego diligentes me diligo. Augustinus Quia ille amat nos amamus. Ille enim prior dilexit nos. ergo hinc factū est vt diligamus quia dilecti sumus. ¶ Per supra dicta ergo patet q̄nta sit virtus oratōis. perfecte sz facte in fide ⁊ caritate quia p seipaz qd̄ petit impetrat. ¶ Et qz temp⁹ rogatōnum ⁊ oratōnū instat ideo hic aliquid de oratōnis virtute inseramus.

¶ B ¶ Ubi nota q oratō in fide ⁊ dilectōne facta duodecim miracula facit. nā cogit deū. aperit celū. imperat soli ⁊ lune ligat elementa. fugat demones. expellit morbos. suscitat mortuos. vincit scripturam. mutat naturā. impetrat venā. acq̄rit grām. ⁊ confortet gl̄am ¶ Primo cogit deum. Exo. xxxij. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Hoc dominus dixit moysi oranti ꝓ populo. vbi dicit gregorius. Quid est dicere suo dimitte me. nisi pensa quantū apud me valeas. ⁊ cognosce qz obtinere poteris qd̄quid pro populo oras. Esa. lxmj. Non ē qui inuocet nomē tuū q̄n consurgat ⁊ teneat te sz per oratōem ¶ Secundo aperit celū. Luce. nj. Jesu baptisato ⁊ orante apertū est celum. Idz patet in beato stephano q̄ genibus positis orans vidit celos apertos. Actuum. vij. ps. lxxvij. Intret oratō mea in conspectu tuo. Ubi dicit glosa Magna est vtus oratōnis que quasi quedā nuncia ante deum vadit et mandatū peragit. quo caro peruenire nequit ¶ Tercō imperat soli ⁊ lune. Exemplum de iosue qui orans ait. Sol contra gabaon ne mouearis ⁊ luna contra vallem baylon. Steteruntqz sol ⁊ luna. Josue. x. ¶ Quarto ligat elementa. naz ad oratōnem helye non pluit annos tres. ⁊ menses sex. vt dicit̄ iaco. v. nj. Reg̃. vij. Viuit dominus si erit ros aut pluuia nisi iuxta oris mei verbū. Et tres pueri in camino ignis orantes nō sunt lesi. danielis. nj. ¶ Quinto fugat demones. Luc. x Hoc genus demonioz non ejcitur nisi in ieunio et oratōne Unde ad oratōem sare filie raguelis angelus raphael relegauit demoniū in superiora deserti. thobie. nj. ¶ Sexto expellit morbos. Marci. xvj. Sup eg. ma. impo. ⁊ bene ba. Eccī xxxvnj. Fili in tua infirmitate ne despicias te sed ora deū ipe curabit te. Jacobi. v Infirmatur quis ex vobis inducat presbiteros eccīe ⁊ orent p eo ⁊ oratio fidei saluabit infirmū ¶ Septimo resuscitat mortuos. Exemplū de helya q̄ ait. Obsecro domine reuertat aīma pueri hui⁹ in viscera eius. ⁊ sic factū est. nj. Re. xvij. Sic resuscitauit iohannes euangelista trusianā et petrus thabitam vt narrat̄ in historia ecclesiastica. ¶ Octauo vincit scripturā. Exemplū de ezechia cui ꝓphetauit esaias. d. Dispo. do. tue. qz mor. tu. ⁊ nō vi. Qui conuertit se vsus parietē templi ⁊ cū fletu orauit. ⁊ iō ds videns oōem ei⁹ ⁊ lacrimas ei⁹ mutauit sententiā. licet nō ꝓsiluū. ⁊ pepcit sibi. ⁊ adiecit vite eius q̄ndecim annos. Esa. xxxviij. Et p conseq̄s ꝓphetie scriptura est victa. quā vicere difficili⁹ est q̄z perire celū ⁊ terrā Luce. xxj. Celum et terra transibunt verba

aũt mea nõ transibunt ¶ Nono mutat naturã. Mã zacharias de muliere sterili accepit filiũ Luce.j. Ne timeas zacharia quoniã exaudita ẽ oratõ tua ⁊ elizabeth vxor tua pariet tibi filiũ. Jdẽ ptz in abraam. Gen.xxj. ¶ Decimo impetrat veniam. Mã dauid dicẽti domino peccaui. ⁊ oranti p venia. ait nathan ꝓpheta. Trãstulit deus peccatũ tuũ a te.ij. Regũ.xij. Et publican⁹ descẽdit iustificat⁹ ab oratõne. Luce.xviij. Et greg. vt dicit augustinus. p oratõem fecit parci trayano ĩ inferno existenti. qõ a seculo nõ est auditum. sm illud. qz ĩ inferno nulla est redemptõ ¶ Undecimo acqrit grãm ⁊ spũmscũm Mã oratibus apostolis spũssanctus super omẽs venit. Actu.ij. Et nõ solũ qs p oratõem acquirit sibi grãm. sed etiã alijs Sic monica mater augustini acquisiuit grãm dei augustino. Et stephanus acqsiuit ⁊ oraãs grãm ⁊ veniaz paulo. Unde augustinus dicit q si stephanus nõ oraasset ecclesia paulũ nõ haberet ¶ Duodecimo cõfert gl̃am. Johã.xvj. Petite ⁊ accipietis vt gaudiũ vestz sit plenuz. Gaudium plenũ nõ põt inueniri in mõdo isto sicut nec pfectuz bonũ. ⁊ ideo de gaudio glorie intelligit. Augustinus. Hoc gaudium nõ carnale sz spũale est. qõ qz tãtuz est qõ ei aliqd addi nõ potest ꝓculdubio erit plenũ. Hoc fuit figuratũ quãdo beatus stephanus orans vidit gl̃am dei. Et quid plura. Breuiter omne bonum corporale ⁊ spũale homo p oratõem obtinebit. ⁊ ab omni malo liberat̃. qz petrus per oratõem ecclesie fuit liberatus a carcere herodis. Actu.xij ¶ Oratõ aũt fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Et ideo recte possumus dicere illud sap. vij. Venerunt mihi omnia pter cũ illa. Et sic patet terciũ. Quartũ vero dimittatur ad presens.

De epistola Sermo.LVII

Estote factores verbi ⁊ nõ auditores tantum Jac.j. Quia nõ audire sed facere facit hominẽ beatũ. iuxta illud Joh. xiij. Beati eritis si feceritis ea. ⁊ in obseruantia vbi dei vera religio cõsistit. ideo vt beati simus. beatus iacobus in epistola hodierna tria facit. Primo ad obseruantiã legis diuine nos inuitat. In ꝓncipio epistole. Secũdo vanũ religiosuz dmonstrat ibi. Si qs putat se religiosum esse. Tercõ ostendit in quo religio vera cõsistit ibi. Religio munda ⁊ immaculata hec ẽ ¶ A ¶ Circa ꝓmũ nota q tripharie homies diuidunt circa verbũ ⁊ legez dei. Quidaz audiũt ⁊ nõ faciũt. ⁊ isti sũt mali. qz sunt acriter verberãdi. Luce.xij. Ser. sciẽs volũ. do. sui ⁊ nõ fa. ꝛc Quidã nec audiunt nec faciũt. ⁊ isti sunt pessimi quia ꝓtemnunt ⁊ audire ⁊ facere. Et qõlibet potest esse mortale peccatũ. qz q̃zuis aliqua ignorãtia excuset sm illud. j. Thi. j. Ideo misericordiã ꝓsecutus sum. quia igno. fe. in incredulitate. tamẽ ignorãtia crassa ⁊ supina non excusat. imo de se potest esse peccatũ mortale cũ sepet a regno j. Cor. xiij. Qui ignorat ignorabit̃. Quidam audiunt ⁊ faciũt. ⁊ isti sunt beati. luce.x. Beati qui audiunt verbũ dei et custodiunt illud. Ad hoc terciũ genus hominum beatus iacobus nos inducit dicens. Estote factores verbi ⁊ non auditores tantũ. Hoc verbũ vt augustinus dicit est ille aduersarius noster de quo dicitur math.v. Esto ꝓsentiẽs aduersario tuo cito. Hoc verbũ ꝺbem⁹ facere vt hic dicit iacob⁹. ⁊ ad hoc allegat duo Primum est malũ qõ hõ incurrit si hoc nõ facit. Secũz ẽ bonũ qõ ind ꝓseq̃t si hoc facit ibi Qui aũt ꝓspexerit in lege libertatis ꝓfcẽ ¶ Malũ qõ hõ incurrit si audit verbuz dei ⁊ non facit ẽ duplex Primo qz fallit

seipm. Secūdo q2 est alijs in exemplum derisionis. 7 ideo compat̄ viro ꝓsiderāti maculas suas in speculo 7 eas nō tergēti. Fallit autē seipm ꝓpter quattuor. ¶ Primo quia ostendit q ꝓfectō spiritualis cōsistit solū in audiēdo bonū quod ē falsum. Roy.ij. Non enī auditores legis iusti sunt apō de. sed factores legis iustificabunt. Apoca. Sicut fecit facite illi. 7 nō dixit sicut docuit vel audiuit Quia si predicare verbū dī 7 docere impios. aut etiā miracula facere. aut vtutes ostendere in nomīe xpi non facit hominē iustuz. multominus audire. sed hec nō faciunt hominē deo acceptū. Mathei.vij. Domine nōne in nomine tuo ꝓphetauim9. 7 demonia eiecimus. 7 vtutes multas fecimus. 7 dicet illis. Amen dico vobis nescio vos. ¶ Secundo q2 ostēdit q sicut homo perficit̄ in sciētia per auditū sic pficitur in bonitate per auditū qō est falsuz Nam magno tempe audiēdo efficiūtur aliqui magni iudices. 7 magni medici. sz magno tempe audiēdo nō fit homo bonus 7 perfectus. Hebre.vij. Nihil ad pfectum adduxit lex. Unde abraā non audiendo legē iustificatus est apud deum. vt dicit apostolus ad roma.mj. Et israel audiendo legē 7 voces ꝓphetaz q̄ p oē sabbatū legunt̄ in lege iustis nō peruenit ad eosdem ¶ Tercō q2 ostendit q sicut p legem est cognitō peccati. ita per legē vitetur peccatū. quod est falsum. q2 lex solū ostendit vulnus sed nō sanat. Roma.mj Per legē enī cognitō peccati. Nam cōcupiscentiā nesciebā esse peccatū nisi lex diceret. nō cōcupiscas. Roma.vij. In cuius figurā sacerdos 7 leuita viso saucia to pertransierūt. Luce.x. Quia lex nō sanat que per sacerdotē 7 leuitā intelligit̄. sed solū ostendit. Itē nō solū lex nō adiuuat vitare peccatū. imo incitat ad peccatum. Ro.vij. Peccatū enī occasione ac

cepta per mandatū. operatū est ī me omnem ꝓcupiscentiā qua nitimur in vetitū 7 nō solū lex nō iuuat sed occidit. ij. Cor. nj. Litera occidit spūs aūt viuificat Ubi dicit augustinus. q p lrām intelligit̄ omnis scriptura extra homīes existens. etiam moraliū ꝓceptoz qua lia in euāgelio cōtinent̄. vbi etiā lrā euangelij occideret nisi esset interius grā saluans. ¶ Quarto q2 ostedit q fides que p auditū causat̄ auditus aūt p verbū dei. vt dicit apostolus ro.x. sufficiat ad salutē. qō falsum est Quia vt dī iac.v. Fides sine opib9 mortua est. nā demones credunt 7 contremiscunt. Et ideo ꝓpter hec quattuor tal̄ fallit seipm ¶ Itē est alijs in exemplū derisionis. Valde enī esset deridēdus q tota die teneret speculū in manu 7 nō lauaret scenū qō haberet ī facie. sic est ille. q tota die audit verbū dei. 7 maculas peccatoruz nō abstergit. Et hoc est qō dicit. Hic ꝓpatur viro ꝓsideranti vultuz natiuitatis sue ī speculo. ſm glosaz vultus natiuitatis nostre est macula corpis 7 anime. ī qua concepti sumus 7 nati. Sicut ergo qui considerat in speculo ratōnis vilitatem natiuitatis sue. 7 maculas peccatoz quibus coram deo 7 hominib9 7 sanctis fetet. 7 non humiliatur ex hoc. nec curat abstergere. sed in obliuionē predictoruz vadit. sic 7 ille qui tota die audit verbuz dei 7 non facit. Et ideo ꝓprie dicit. q tal̄ comparat̄ viro speculanti se 7 non muli eri. vir enī respicit se in speculo ex quadā virositate. 7 si videt se nigrum nō curat se dealbare 7 si videt se pallidum non curat se rubricare. Sed mulier cuz magna diligētia se aspicit et speculatur. 7 si se videt nigram procurat se dealbare. et si videt se pallidam procurat se facere rubeam. Et cum vnguentis et diuersis loturis facit violenter se pulcram. Et omnes maculas a se abstergit. Sic debent

facere q̄ audiunt verbū dei ¶ Bonū vo quod homo consequitur si audit verbū dei ⁊ facit est q̄ in tali facto beatificatur. hic p̄ grām. ⁊ in futuro p̄ glām. Et hoc est qđ dicit. Qui aūt p̄spexerit in lege p̄fecte libertatis tanq̄ in speculo. Greg. Spe/cula dei sunt p̄cepta dei in q̄b⁹ sancte aīe se semp aspiciūt. ⁊ si q̄ in eis sūt feditates aspiciūt. Unđ mādatū est in lege q̄ sacer dotes sacrificaturi in lege seu in templo haberēt specula affixa vbi lauabant̄ ad videndū ⁊ abstergēdū maculas suas Ex odi. xxxviij. Fecit labr̄ eneū cū basi sua đ̄ speculis mulierū. Qui ergo sic p̄spexerit ad videndū ⁊ ad tergēdū maculas btūs in facto suo erit. i. ex facto ⁊ ope suo beati ficabit. mediāte sup. grā dei. Quia vt di/cit aplūs. Grā dei vita eterna. Ro. vj. Nota hic đ̄ tigride quō p̄pter imagines speculoꝝ pectoꝝ in via q̄s respicit p̄dit filios suos. Sic multi nō aspiciūt cū effi cacia in speculo legis dei. s̄z tot⁹ aspectus eoꝝ est ad ista bona mūdi. in quib⁹ aliq̄ imago veri boni relucet. q̄ omne bonuz p̄tinet in vo bono vt dicit boet⁹. ⁊ iustis tantū aspiciūt q̄ filij eoꝝ. i. aīe deportant̄ a dyabolo in infernū ¶ Itē nota q̄ dicit in lege p̄fecte libertatis. Reuera p̄fecta li bertas nō est nisi in amādo ⁊ obseruādo legē dei. Jo. viij. Si mānseritis in sermōe meo. veri discipuli mei eritis ⁊ p̄gnosce/tis veritatez ⁊ veritas liberabit vos. Et hoc p̄pter q̄ttuor. ¶ Primo. q̄ vt dicit pbūs. liber est q̄ cā sui est. Qui aūt obser/uat legē dei omia q̄ facit sūt ad suā vtili/tatē. Ro. viij. Diligēt⁹ deū oia coope/rant in bonū ¶ Secđo q̄ q̄ obseruat legez dei liberat̄ ab omi lege. j. Thi. j. Justo nō est lex imposita s̄z patricidis ⁊ matricidis ⁊ ceteris talib⁹. Aug. in regula Nō sicut serui sub lege. s̄z sicut liberi sub grā cōstitu/tum ¶ Tercō q̄ seruās legē liberat̄ a ser/uitute peccati. q̄ est pessima p̄t⁹ a q̄ qui

cūq̄z liberat̄ ve est liber. Ro. viij. Lex spi ritus vite liberauit me a lege peccati Jo. viij. Si filius vos liberauit veri liberi eri/tis. Et q̄cunq̄z ab ea tenet̄ totaliter ē ser/uus. q̄ omne peccatū a quo q̄s tenet̄ tur piter dominat̄ ei. ⁊ quot peccata tot do/mini. Hiere. vj. Seruietis dijs q̄ non da bunt vobis requiē. Dij peccatoꝝ sunt peccata. Idbi. nij. Quoꝝ deus vēter est. ¶ Quarto. q̄ q̄ seruat legē liberat̄ a ser uitute hominū. nā transfert̄ in p̄dicōez fi lij. q̄ seruit ex amore. Roꝝ. xnj. Nemini q̄dquā deb. nisi vt inuicē dili. Hec est em̄ differentia inter seruū ⁊ filiū. q̄ filius ex amore. seruus aūt ex timore p̄t. Si aūt transit in p̄dicōz filij fit liber vt filij⁹ Gal. nij. Itaq̄z iam nō est p̄uus s̄z filius. q̄ si fi lius ⁊ heres p̄ deū Idrouer. xvij. Seru⁹ sapiēs dominabit̄ filijs stultis ⁊ int̄ fra/tres hereditatē diuidet. Et sic patz p̄mū. ¶ B ¶ Secūdo vanū religiosū demō/strat dicēs. Si q̄s putat se religiosuz esse ⁊c Ubi nota q̄ vanū vt dicit pbūs est q̄đ nō includit finez ad quē est. Religiosus autē dicitur homo religatus ⁊ restrict⁹ in operibus. Et ideo quicūq̄z est sub ali/qua regula potest dici religiosus Unde omnes christiani dicunt̄ religiosi. q̄ sub regula euangelij religant̄ ⁊ multa eis nō licent que alijs licent. Et ob hoc christia/nitas x̄piana religio vocat̄. Quia vero clerici magis religant̄. ideo magis sūt re/ligiosi. q̄z p̄munes christiani. Sed quia monachi ⁊ eoꝝ sequaces maxime reli/gant̄. ideo per excellentiā vocant̄ religio si. Loquitur autē hic beatus iacob⁹ om/nibus quocūq̄z modo religatis qui lar/go modo religiosi vocant̄. Omnis autē christianus ad hoc religatur sub regula euangelij. vt habeat hic gratiam dei. ⁊ i futuro gloriam. effugiatq̄z penam eter/nam. Qui ergo non refrenat ⁊ ligat lin/guam suā. inuanū se religauit sub regla

euãgelij.quia nõ ꝓsequet vitã grẽ ꝛ gloꝛie.nec effugiet penã eternã ꝛ ꝑ ꝓsequẽs nõ cõsequet finẽ ꝓpter quez se religauit. quia hũc finẽ habet lingua dare ꝛ auferꝛre. ℙdrouer.xviij. ℳors ꝛ vita in manibus lingue. ℑn eodẽ.xij. ℒe fructu oris sui vnusquisqz replebit bonis. ℰsa.xxxvj ℰrit cultus iusticie silentiũ. ℑac.iij. Universitas ũqtans sup.ẽ lingua. ℒbi dicit glo.q fere oia peccata ꝓcedũt ex lingua. quia aut impant ꝑ linguã.aut ꝓsuadent aut directe ꝓmittunt ꝑ linguã.aut defendunt. ℒedecim enĩ maxima ꝛ generalia peccata ꝓcedunt ex lingua.scz.blasphemia murmuratõ.defensio peccati.ꝓiuriũ.mẽdacium.detractõ.adulatõ.maledictõ.cõuicium.ꝓtentõ.prauũ ꝓsiliũ.disseminazium discoꝛdie.peccatũ bilinguiũ. indiscreta ꝓminatio.multiloquiũ ꝛ turpiloquiũ ℰrgo lingua custodita.aĩa custoditur.ꝛ nõ custodita aĩma pdit. ℑaco.iij. ℒi qs ĩ vbo nõ offendit hic pfectus est vir ℙdropter qõ petijt dauid.d. ℙone domie custodiã oꝛi meo ꝛ os.circũ.la.me. ℰt sic ptz q de essentia xp̃iane religionis est custodia oris. ℙdrouer.xv. ℒicut vrbs patẽs ꝛ absqz muroꝝ ambitu sic vir q nõ põt ĩ loquẽdo cohibere spũm suũ. ℰxemplum. Cũ quacũqz custodia custodiat castꝝ. si si solũ vna porta ſ vna fenestra dimittatur apta inuanũ custodit. ℒimilit qntũcũqz ligẽt veges ꝛ repareẽ si modicꝰ ptusus dimittat aptus inuanũ religatus ẽ. ℒic est in ꝓposito qꝛ qntũcũqz homo religet sensus suos ꝛ claudat ac etiã omẽs actus ꝛ impetꝰ suos refrenet. si dimittit habenas lingue inuanũ omĩa facit. ℑac. iij. ℒi qs totã legẽ obseruat.offendat aũt in vno factꝰ ẽ omniũ reꝰ. ℰt maxime ad religiosos ptinz custodire linguã. ℚuia vt dicit apls.j.℃oꝛ.xiij. ℰspectaculũ facti sumus mũdo ꝛ angelis ꝛ hominibꝰ ℳnes attendũt ad vba nrã.ꝛ iõ oportet.q valde simꝰ circũcisi in lingua. ℍiere.iiij. ℂircũcidimini domiõ viri iuda. ℂol.iij. ℒermo vester sp in grã sale sit ꝓditꝰ. vt sciatis quõ oporteat vos vnicuiqz respõdere ℍic cadit exemplũ illaꝝ heremitaꝝ de quibus dicit grego.in dyalo.q nimis molestabãt seruũ suũ quibꝰ beatus bene dictus mãdauit nisi coꝛrexeritis linguã vestrã excõmunico vos.que post mortez sepulte sunt in eccĩa.ꝛ cũ ex more dyacoꝛnus clamaret q nõ cõmunicat det locum nutrix eaꝝ videbãt eas exire ꝺ sepulcris ℑtẽ aliud exemplũ ꝺ illa sanctimoniali q carnis ꝓtinentiã habuit sz lingue ꝓcauitatẽ nõ declinauit.ꝛ factũ est vt mortua sepeliret in eccĩa. ℂustos autẽ eccĩe vidit media nocte coꝛpus eius exhumari ꝛ afferri ante altare ꝛ ꝑ mediũ secari.et media ꝑs igne cremabat ꝛ media intacta remanebat.ꝛ ꝺ mane apparuerũt marmoꝛra ante altare igne ꝓbusta. ℍoc in dya.ẽ ℕota q animalia valde ferocia catenant ꝛ iõ natura ad ostendẽdũ ferocitatẽ linguge inclusit eã inẽ duos muros ꝛ posuit ante eã muꝝ et antemurale. ℑac.iij. ℴmnis natura bestiaꝝ volucꝝ ꝛ serpentum domat ꝛ domata sũt a natura humana. linguã aũt nullus hominũ domare põt inquietũ malũ.plenũ veneno moꝛtifero ℰt iõ refrenãda est. ℰccleꝭ. ℳerbis tuis facito stateꝛã ꝛ oꝛi tuo frenos rectos ℰxemplũ.lingua stat in humido.ꝛ est labil sicut anguilla ꝛ nisi in foramĩe oris teneatur.tota fluit ¶ ℕota etiã q dicit. qui nõ refrenat linguã suã nõ soluz incurrit malũ.sed seducit coꝛ suũ. ℂuius duplex ẽ ratõ. ℙdrima qꝛ os est ostiũ coꝛdis ꝛ lingua ostiarius. ℑa.iij. ℒingua cõstituit in mẽbris nostris tãquã ostiarius. ℳath. xij. ℰx abundãtia coꝛdis os loquit. qꝛ sicut dominꝰ iubet sic ostiarius respõdet. ℒicut ergo ostiarius intromittẽs inimicum ꝓdit dominũ. sic lingua et os dum

propter maliloquiū intromittūt mortez in animā.seducūt cor ⁊ hominē duz animā occidunt a qua ꝓcedit vita. Sapiē.j. Os qđ mentit occidit animaz. Scđa rō est.qz os ⁊ lingua deseruiūt cordi ad manifestandū ꝯceptus eius. Unde di.philosophus q voces sunt note eaꝝ q̄ sunt in aīma passionū. Math.xv. Que autez ꝓcedunt de ore exeūt de corde. Sicut ergo seruitor infirmi ꝑderet euz si daret ei nociua aliqua que petit.cū sit ei dat⁹ ad sanitatē recupandam.sic lingua seducit cor si nociua que cupit profert ⁊ manifestat.qz nō bene custodit ipm. Uñ lingue dr puer.mj. Omni custodia Sua cor tuū. quoniā ab ipo vita ꝓcedit. Et sic patet secundū Si vis plus de lingua dicere ḡre in ſmone de vicijs lingue Tercō ostēdit in quo religio vera ꝯsistit. Et dicit beatus iacobus q in duobus ꝯsistit scz ī faciendo opa misericordie.⁊ in cauendo a peccatis seculi que animā maculāt. Augustinus. Due sunt ptes iusticie.scz facere bonuz ⁊ declinare a malo. Tunc ergo christiana religio alicui⁹ est mūda q̄ntū ad cor.⁊ immaculata q̄ntū ad opa misericordie.qñ.xij.opa misericordie exercet. circa primū.⁊ seipm a peccatis immaculatum ꝯseruat. Per vnū enī opus misericordie qđ hic ponit scilz visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatōne positos.dat intelligi omnia alia opa misericordie qz eadē est ratō de vno ⁊ de omnib⁹. Nam vt dicit phūs. Eadē est natura vnius glebe ⁊ tot⁹ terre.⁊ ꝓbato q vna gleba terre est grauis.ꝓbatū est q tota terra est g̃uis. Et sic patz q in duob⁹ christiana religio ꝯsistit Primo in faciēdo opa misericordie. Sap. Deū maxime imitabit q̄ nihil iudicauerit esse p̄ciosius q̄z misereri. Summa ergo religionis ē misericordia Mathei.ix. Euntes discite qđ est misericordiā volo ⁊ nō sacrificiū. Sunt aūt.xij

opa misericordie que in his versibus cōtinent Uestio poto cibo tego redimo visito condo. Consule castiga solare remitte fer ora. Sex ꝑma sunt corpalia ad corpus ptinentia.alia sex sūt spūalia ad animā ptinentia.⁊ ideo sunt pfectiora ⁊ maioris meriti Ad opa misericordie facienda nouē nos inducūt. Primus est qz p misericordiā dei grām impetramus ⁊ in dei filiū homo adoptat Eccī.quarto Esto pupillis misericors ⁊ pater. ⁊ p viro matri illoꝝ.⁊ eris tu velut filius altissimi obediens ⁊ miserebit tui magis q̄z mater Secundū est qz p misericordiā dyabolus vincit. Augustinus. De nulla re ita vincit inimic⁹ sicut de misericordia. Eccī.xxix. Super scutū ⁊ lanceaz pugnabit p te ꝯtra inimicū tuū Terciū ē qz p misericordiā factam alijs misericordia super ꝑpijs miserijs impetrat Mathei.v. Beati misericordes quoniaz ipsi misericordiā ꝯsequent Quartū est qz per misericordiā impetus peccatoruz refrenat. Eccī.nj. Ignē ardentem extinguit aqua ⁊ elemosina resistit peccatis Quītum est qz misericordia a peccato liberat Thob.mj Elemosina a morte ⁊ ab omni peccato liberat Exemplū de cornelio cui dictum est actuū.x. Oratōes tue ⁊ elemosine tue ascenderūt in memoriā in cōspectu dei. Et missus est petrus ad eū. vt eū absolueret a peccatis Sextum ē quia misericordia nō solum a peccatis sz etiaz a pena peccatoꝝ absoluit. Dan.quarto Peccata tua elemosinis redime.hic cadit exemplū de isto qui in morte dimisit equum cognato suo vt p̄cium eius darz pro aīma sua ⁊ non fecit. Cui iste mortu⁹ apparuit dicens. Si misisses mihi elemosinam de equo meo citius fuissem liberatus a pena. Nunc aūt ad deū vado et te cito ante eū vt mibi respōdeas de equo. Qui statim mortuus est ꝛc Septimū

est q2 miserico2dia nō derelinq̄t hominē in mo2te cū oīa alia derelinquūt Ambr. Nō sunt bona homis que secuz po2tare nō potest. sola miserico2dia comes est dō functoz ¶Octauū est q2 in iudicō finali saluabit hominē. Math. xxv. Uenite benedicti patris mei pcipite patum vobis regnū a pstitutōe mundi. Esuriui eī et dediſtis mihi mā. ꝛc. Uñ ibi fiet solum disceptatō de opibus miſico2die ¶Nonum est q2 miſico2dia distribuit mansiones in regno celoz. Ecci. xvj. Omis miserico2dia faciet locū vnicuiq3 ſm merituz opez suoz. Et breuiter miserico2dia ad omia valet et hic et in futuro. j. thi. iij. Pdi etas ad omia vtilis est pmissionē habēs vite q̄ nunc est et future. Et nota q̄ nihil est miserius anima peccatoris. q2 ipa ē vidua derelicta et pauprima. Est eī sepata a spōso suo xp̄o. a patre suo deo. a matre sua eccīa. a fratrib9 suis angelis et sanctis Treñ. j. Omēs amici eius spreuerunt eā Est etiā expoliata omnib9 bonis. Mat. xxj. Ab eo aūt q̄ nō habz et q̄d hz auf. ab eo. Et iō nulla miſico2dia est ita magna et tam grata deo q̄z q̄ hō misereat̄ anime sue. Ecci. xxx. Miserere aīme tue placēs deo. Prouer. x. Benefacit aīe sue vir misericors. Et similit̄ nihil est miſtus īpio nō miserante seip̄z. vt dicit aug̃. Ecci. xmj Qui sibi nequā est cui bonus erit ¶Secundo religio xp̄iana pſistit in custodiēdo se immaculatū a peccatis seculi. q̄ sūt tria. j. Jo. ij. Omne q̄d est in mūdo aut ē cōcupiſcētia carnis aut pcupiſcētia oculoz um aut supbia vite. Adhec tria omē pctūm reducit. Ista peccata maculāt animā turpiter imo efficiunt eā lepro saz ita vt nisi a solo deo mundari possit. Esaie. xlnj. Ego sum q̄ deleo iniq̄tates tuas pter me. Ubi nota q̄ duo sunt modi immaculatuz se custodiēdi ab his peccatis Unus est et magis tutus de mundo exire. id est de loco vbi mundani habitant. Apoc. xvnj. Exite de medio ei9 ut ne pticipes sitis delictoz eius. q2 vt dz. j. Joh. v. Tot9 mū. in ma. po. est. Hiere. vj. Hec est ciuitas visitatōis omnis calumnia in medio eius. Et iō impossibile ē cū mundanis puersari. et nō inq̄nari. Ore. Impossibile est q̄ lingua secularīū mentē nō inq̄net quā tangit. Ben̄. Quotiens inter homīes fui munus redij. Uñ arsenius audiuit vocem dicentē sibi. Arsenī fuge homīes et saluaberis. Ali9 mod9 ē non īmiſceri actib9 mūdi. Quia vt dz eccli. xnj. Qui tetigerit picē coinquinabit̄ ab ea. ij. coz. x. In carne enī ambulantes nō ſm carnē militam9. Et sic pz terciuz et pſequēter totum

¶In ascensione dñi de epla Sermo. LVIII.

Ascendens in altum captiuaz duxit captiuitatem dedit dona hominib9. Ephe. mj. Festiuitas hodierna ſm ber̄n. est felix clausura et toti9 itinerarij filij dei pſūmatō glosa. Math. xvj. Et dñs quidē ihesus post q̄z locutus est eis assumptus ē in celuz et se. ad dext. dei. i. req̄escit in gla dei. q̄ p dexterā significat̄. q2 inq̄ntū de9 sedet in eq̄litate patris. inq̄ntū vo hō manz in potentib9 bonis patris. Siquidē dei filius pter nostrā salutē quattuor itinera peregit ¶D ¶Primū fuit de celo ī terraz veniendo. qñ carnez assumpsit de vgine gloriosa. Jo. xvj. Exiui a patre et veni in mundū. ¶Secundū fuit de mūdo ad inferos descēdendo. qñ sedentes in tenebris visitauit. Eccli. xxxmj. Penetrabo omēs inferiores ptes terre. et inspiciā omēs dormientes. ¶Terciū fuit de inferno ad mundialē machinaz redeundo. qñ cōfractis inferis cū preda magna a mortuis resurrexit. Col. ij. expolias pncipatus et ptātes

traduxit ꝙfidentē. palā triumphās eos in semetipō. Quartū fuit de mūdo ad celū ascendēdo. qū vt hodierna die vidētib⁹ discipulis elt sup omīa eleuat⁹. Actuū. j. Uidēntbus illis eleuat⁹ est ꝛ nu. suſc. eu3 ab ocu. eoꝝ. Primū iter fuit penoſu3. q⁹ nature humane penalitates assumpsit. Esa. lnj. Uere languores nostros ipe tu. ꝛ do. no. ipe poꝛ. Scōm fuit victoꝛioſum q⁹ portas inferi fregit. vbi ꝛ ligauit insa/ nabilē homicidā ꝛ spolia ei⁹ diripuit. vt dicit bern̄. Lu. xj. Cū foꝛ. ar. cu. atri. suū in pa. sunt om. q̄ pos. ꝛc. Aug. Adanu iner/ mu ꝛ affixa cruci debellauit aereas pote/ states. Terciū fuit glōſu3. q⁹ glōſus ꝛ im/ mortalis in aīma ꝛ coꝛpe resurrexit. Ro. vj. Chꝛistus resur. ex moꝛtuis iam non moꝛitur moꝛs il. vl. nō dn̄abit. Quartū fuit gau/ diosum q⁹ cū magno gaudio angeloꝛum remeauit ad celos. Psal. Ascēdit de⁹ in iubilatōe ꝛ dn̄s in voce tube. De isto q̄r to itinere sc3 de ascēsione ad celos ē ꝑmo habēdus ad pn̄s. q̄ in p̄missis vbis dscri bit tribus modis. Et ꝑmo describit vtu/ osa ibi. Ascē. in al. Secūdo describit fru/ ctuosa ibi. Cap. dux. cap. Tercō describit gratiosa ibi. Dedit do. bo. Ex q⁹ trib⁹ eliciunt alia tria hoꝝ ꝓsecutiua. Nā q⁹ v tuosa iō admirabilis. q⁹ fructuosa iō imi tabilis. q⁹ vero gratiosa iō venerabilis. Est ergo ascēsio saluatoꝛis virtuosa fru ctuosa ꝛ gratiosa. Admirabilis imitabi lis ꝛ venerabilis ¶ Primū inquā ascē/ sio saluatoꝛis est mirabiliter vtuosa. vt virtus hic ꝑ potētia actiua sumat. ꝛ hoc patz ex q̄nq3 sc3 ex distātia quā ascendit. ex psonis quas secū traxit. ex impedimē/ to qđ remouit. ex loco vnđ extraxit ꝛ ex duratōne qua semp trahit ¶ Primo v tus istius ascēsionis ostendit ex distātia quā ascēdit. q⁹ ꝑm phūm omīs ascēsus ꝛ motus est ab aliqua vtute mouēte ꝛ tan to ascendit velocius q̄nto vtus ē maioꝛ.

Exemplū in vapoꝛib⁹ vtute solari eleua/ tis. ꝛ in sagitta vtute arc⁹ ascēdēte Chꝛi/ stus aūt ꝑpꝛia vtute quasi in momento ascendit de terra vsq3 ad celū empireum infra qđ ꝑter machinā elementare3 sunt nouē celi. s. celū cristallinū. celū siderium celū saturni. celū iouis. celum martis. ce/ lum solis. celū veneris. celu3 mercurij. et celum lune. Et dicit ra. moyses q⁹ qōlib3 celū septē planetaꝝ hab3 grossiciē q̄ngen toꝝ annoꝝ. i. si aliq⁹ homo iret in sursu3 omni die. xl. miliaria ptransiret grossiciē vnius celi in q̄ngentis ānis ꝛ inter celu3 ꝛ celū est spaciū similiē q̄ngentoꝝ annoꝝ vt dicit idē ita q⁹ vsq3 ad celū empireum eundo omni die in sursū. xl. miliaria vix pueniret in octo milib⁹ annoꝝ. Et nō vi/ deatur hoc absurdū. q⁹ hoc est verisile ꝛ ratōbile Verisile videt q⁹ vt dicūt astro/ logi. q̄libet stella est maioꝛ tota terra ꝛ tñ videt pua vt qđdam speculū Itē sol qui est longe infetioꝛ q̄3 sidera est centū lx. vi cibus maioꝛ q̄3 tota terra ꝛ tñ videt ita q uus qđ attestat maximā distantiā eē celi a terra. Hoc etiā videt ratōnabile. q⁹ ꝑm suā ꝓpoꝛtōem locatoꝝ ad inuicē est pro/ poꝛtō loci ad locū. s3 bona gloꝛie. que sūt in celo empireo. q⁹ ibi gloria dei manife/ stat excedūt in infinitū bona que sunt in mūdo. ergo loc⁹ ille debz excedere istu3 in omni bonitate loci quasi in infinitū. Cz vna de bonitatib⁹ loci est vt dicit phūs. q⁹ sit altus. q⁹ iuxta terra3 sunt multe coꝛ/ ruptōnes ꝛ infectōes ꝛ plus ī paludibus q̄3 in mōtibus. Quia ergo inuisibilia dei ꝑ ea q̄ facta sunt intellecta ꝓspiciunt. ro. j. voluit deus ꝑ ūmensam altitudine3 loci oñdere immēsitatē boni qđ est ibi. Chri stus aūt in vno momēto ꝑpꝛia vtute su/ per omēs celos ascendit ꝛ puenit ad ma gnū celū sancte trinitatis. ꝛ hoc inq̄ntu3 bō. q⁹ inq̄ntū deus fuit sp in illo magno celo. Iob. nj. Nemo ascēdit in celū nisi q̄

de celo descēdit filius homīs q̄ est in celo Eph.mj. Qui descēdit ipe est ⁊ q̄ ascēdit sup omēs celos. Et sic ascēsio saluatoris ostendit fuisse magne potētie ⁊ vtutis et velocissimo trāsitu ¶ Ecdo hoc idē appāret magis euidēt ex psonis q̄s secuz traxit. q2 oēs aīe q̄ ascenderūt in celū vel que vsq3 ad finē mūdi ascendēt. in vtute huiꝰ ascēsionis ascendūt. q2 sicut di. apostolus. j. cor. xv. Si xp̄c resurrexit ⁊ nos resurgemꝰ. Ita si xp̄c ascēdit ⁊ nos ascendemus. ⁊ multomagis. q2 difficilius ē resurgere q̄z ascēdere. q2 resurgere est sup totā naturā. Jo. xij. Si ego exaltatus fuero a terra omia trabā ad meipm. Exemplū. cuspis ferrea ponit in cauda sagitte. ppter magnā potentiā arcꝰ. ⁊ quāto maior est vtus arcꝰ. tāto maior ponit cuspis Sic xp̄c ponēs multas aīmas in ascēsu suo magnā virtutē ostendit ppter qđ petebat spōsa cant. j. Trahe me post te cur. in odo. vn. tu. ¶ Tercō idē ptz si pſideremus impediētia tractū sc̄z peccata totius mūdi. nā qđlibet pctūm mortale grauius est tota terra. q2 si tota terra esset vbi erat lucifer. in magno tpe nō descēderet. quo descēdit lucifer in momēto ppter vnum peccatū. ⁊ quare. certe ppter grauitatem peccati Ez omia pctā nō potuerūt impedire istū ascensū q̄n būana natura ad celum ascēderet. nō q̄ pctā ascenderent. sed pctā remouit. vt hoies ascēdere possent. Si ergo volumꝰ vtute istius ascēsionis ascēdere pmittamꝰ q̄ xp̄c pctūm a nobis amoueat ac etiā nos deponamꝰ. Hebre. xij. Propter qđ deponētes omē pōdus ⁊ circūstans nos pctūm. p patientiā curramꝰ ad ppositū nobis certamē ¶ Quarto idē ptz si cōsideremus vñ xp̄c extraxit animas ad secū ascēdenduz. q2 de manu demonū pncipū potentissimoꝝ. quoruz potētia omnē potestatē supat. vt dr iob. xlj. Osee. xnj. Ero mors tua o mors. mors tua tuus ꝛc ¶ Quīto idē pz ex ptinuitate q2 q̄nto maior est vtus tāto magis durat ascēsus ⁊ motus. vt ptz in sagitta. Ez vtus istius ascensus durabit vsq3 ad finem mūdi. donec nō solū aīmas. sed etiā corpa sanctoꝝ omnū ascēdere faciat. et i infinitū duraret si mūdus nunq̄z deficeret ¶ Carissimi si nōdum trahimur oremus vt trahamur. vt di. aug̃. Et sic pz q̄ ascēsio xp̄i fuit magne potētie ⁊ vtutis. ⁊ ideo admirabilis. ¶ Admiramur enī homines magne potētie ⁊ vtutis vt samsonem salo. ⁊ sic de ceteris. Et iō cātat eccīa Stant suspēsi vultib9 De ascēsione etiā angeli admirati sunt dicētes. Esaie. lxnj. Quis est ille q̄ venit de ed. gra. in mul. v. su. Et sic pz pmū. ¶ Ecdo ascēsio christi describit fructuosa. q2 cap. dux. cap. Ubi nota q̄nq3 fructus ascēsionis xp̄i ¶ Primus est reductō captiuoꝝ in ciuitatē suam. Deu. nj Reducet te dñs de. t. de cap. tu. Zach. ix. Tu aūt in sanguine testamēti tui emi. vin. t. de lacu in quo nō est aq̄. Hic cadit exemplum paulini epi nolani qui tradidit seipz seruū p filio vidue vadens in africaz. ⁊ inde reduxit oēs captiuos ciuitatis ⁊ terre sue. Sic fecit xp̄c Johan. xnj. Si ego itez abiero venio ⁊ assumā vos ad meipm. vt vbi ego sū ⁊ vos sitis ¶ Secūdus est ostensio vie ⁊ apertio celi Psich. ij. Ascēdit pādens iter añ eos. Heb. nj. Habētes ponti. mag. q̄ penetrauit celos ihesum filiū dei. Siquidez ante ianuā padisi fuerat phibitiua rompbea collocata. quā nullus vnq̄z potuit amouere nisi qui habet clauē dauid qui apit ⁊ nemo claudit. claudit ⁊ nemo aperit. apo. iij. ¶ Tercius est restauratō ruine angeloꝝ. Nā draco ille magnꝰ ⁊ ꝑpēs antiquus terciā ptē stellaꝝ traxit secū ad terrā cauda sua. vt pz apoc. xij. Et sic fuit facta magna ruina in q̄libet ordine angeloꝝ q2 de q̄libet ceciderūt Anime aūt nō

faciunt ordinē de se in vita eterna quē fe
cissent si angeli nō ceciderunt sz ad sedes
angelor̄ q̄ ceciderunt assument̄.qbus cō
pletis finiet̄ mūdus vt aliq̄ dicunt. Quā
uis greg̃.aliter dicat Dicit enī q̄ illa ciui
tas supna ex hominib⁹ ⁊ angelis cōstat.
ad quā credim⁹ tantū gen⁹ humanū asce
dere quot angelos illic ꝓtigit remānsisse.
Ez hoc a modernis nō tenet̄.sz magis q̄
tot ascendūt quot angeli descenderūt. q̄
rum mānsiones repuant̄ hominib⁹.vt ab
eis repleant̄.qz nō patit̄ vacuū vt di.phi
losophus Iob.xmj In domo patris mei
mānsiones multe sunt. Ps̄al. Judicabit i
natōibus im.rui.zc ¶ Quart⁹ est missio
spūssci qui nos inflamaret ⁊ faceret spū
aliter viuere Iohā.vj. Expedit vobis vt
ego vadā.si enī nō abiero paclitus ñ ve
niet ad vos.si āt abiero mittā eū ad vos
¶ Quintus est meritū fidei qz mag̃ me
remur nō vidēdo ipm si in ipm credim⁹
q̄z si ipm viderem⁹ Greg̃. Fides nō habz
meritū vbi humana rō p̄bet experimētū
⁊ multomin⁹ cui sensus attestat Iob.xx.
Beati q̄ nō viderūt ⁊ cre. Et sic patz quō
ascensio xp̄i multiplicit fuit fructuosa.et
ideo imitabilis Debem⁹ enī xp̄m ascen
dentē imitari in q̄nqz supradictis ¶ Pri
mo vt captiuā animā nostrā. q̄ sub pctō
venūdata fuit dyabolo in p̄mis pentib⁹
⁊ de padiso expulsa.p grām xp̄i ad patri
am reducam⁹.⁊ dō q̄ illā fecit reddam⁹
Math.xxij. Reddite ergo q̄ sunt dei dō
Quidā nec reducūt ipi animā suā. ⁊ ali
os reducere volētes impediūt Et isti fa
ciunt sicut atalia q̄ vidēs filiū suū mortu
um.omne semē regū interfecit.mj Reg̃.
xj Itē faciūt sicut massarius mal⁹ q̄ nō so
lum nō soluit debitū.sz omni mēse addit
usuras supra capitale Esa.j. Sup quo p
cutiā vos vltra addētes p̄uaricatōnem.
¶ Secūdo vt p verā penitentiā celū no
bis apiam⁹ Mat.xj. Regnū celor̄ vim
patit̄ ⁊ violēti rapiūt illud.i.penitētes. q̄
in faciēdo penitentiā violentiā inferūt si
bi Et ad hoc significandū aptū est celum
iohānī euāgeliste in pathmos penitētiā
agenti ¶ Tercō vt p bonā doctrinā ⁊ bo
na exēpla aīmas p̄rimor̄ cadētes a cetu
iustor̄.ad locū grē reducamus .j. Thi.nj
Esto exemplū fideliū in vbo in ꝓuersati
one.in fide.in caritate.in castitate. Quia
vt di.aug̃. Nullū sacrificiū est deo ita ac
ceptū sicut zelus animar̄.ij.Cor̄.xij. ego
aūt libenē impendā ⁊ superimpēdar ipe.p
ani.vestris ¶ Quarto vt sancte ⁊ spūa
liter viuamus ⁊ nō carnalit̄. Sic enī in
telligit Si nō abiero paclitus nō veniet
ad vos.i.si p̄ntiam meā corpalē ab oculi
vestris nō abstraxero vos ad ꝓgnitōem
inuisibilis spūs nō p̄duco.⁊ p ꝓsequens
spūaliter nō viuetis sz carnalit̄ q̄d facere
nō debemus Ro.vnj. Debitores sumus
nō carni vt s̄m carnē viuam⁹. Si enī s̄m
carnē vixeritis mori.si aūt spū fca carnis
mortificaueritis viuetis Gal.v. Qui aūt
sunt xp̄i car.su.cru.cū vicijs ⁊ ꝓcu. Ma
thei.xvj. Qui vult post me venire abne
get semetip̄m.i.vitā carnalē ¶ Quīto vt
p fidē verā vite eterne meritū acq̄ramus
qz sine fide impossibile est placere dō Et
p fidē omia possibilia sunt Heb.xj. San
cti per fidē vice.re.op.sunt iu. adep.sunt
re. Quia ⁊ regnū carnis ⁊ regnū mundi
⁊ regnū celor̄ p fidē vincit. Imitemur er
go carissimi xp̄m ascendentē in omnibus
supradictis.⁊ caueam⁹ stultisare vt mat
filior̄ zebedei q̄ petijt filios xp̄o ꝓsedere
antequā ascēderet. Math.xx. Dic vt se.
hi.d.fi.zc. Et sic p̄z secundū ¶ Tercio de
mō nō accipit hic. Alio mō accipit stricte scz qndo id quod profertur ore creditur corde & oñdit ope. & sic accipit hic. est ergo diligēter attendendum q dū aliqd in corde ꝓcipitur de deo. et isti ꝓceptui vlterius ꝓsentit. tūc illud iterius dr in corde. qñ aūt tale dictū cordis exterius voce exprmit vel signo vel quocūqz mō. tūc magis dr. Qñ vero quis ope ostēdit sic se credere. tunc totus hō ē quasi in dicēdo & de se toto linguā facit. Duo ergo p mi modi & si sint a spūsa. scz ꝓsentire & cōfiteri. tamē sine tercō nō introducūt i regnum celorū. math. vij. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit i regnum celorum. sed qui fe. volū. pa. m. q in celis ipse intr. i reg. cel. iac. ij. Fides sine opibus mortua est. Cum ergo omē bonū bis tribus modis fiat. scz corde ore & ope. & hec tria sint a spūsācto. patet q spūsāctus ē actor & prīcipiū omis boni. Et sic patz q nulla diuisio est a spūsancto. nec diuisio creatoris i se vt quidā diuidūt. nec diuisio creature a creatore quod fit p peccatū. qr cum spūsscūs sit amor. amor autez habeat vnire. manifestū ē q nulla diuisio a spūsctō est & nullum peccatuz. qr oē peccatū diuidit. nam diuidit hoiem a deo. esa. lix. Iniqtates ve. di. iter vos & de. ve. Itē diuidit ab āgelis & a sāctis. Item diuidit a cōgregatōne fideliū. in qua nō ē merito sed solū numero. Item diuidit a merito passionis xpi & oūm sanctorū: & a bonis que fiūt in ecclesia ac etiā a proprijs bonis ¶ Item diuidit aiam a corpore. ro. vj. Stipēdia peccati mors. Et tādem diuidit a regno celorū. mat. xxv. Discedite a me male. i. ig. etc. Et sic patz q qui diuisiōem faciūt i terris & in omnibus. vel qui diuisiōem sequūtur nō habēt spūm sctūm sed spūm dyaboli qui primā diuisiōem fecit i celo et in paradiso. et pmos rebelles ipe fecit Et breuit sicut ppria opatio filij dei veientis in mūdum fuit vnire filios dei qui erāt dispsi in vna fide et in vna ecclesia & in vna opatōne. ita dyaboli est dispgere & diuidere. Joh. x. Fur nō venit nisi vt mactet. et pdat. Imitant aūt istū qui sūt ex pte isti⁹. sap. ij. Sitr pz q nemo taliū pōt dicere vere & ppie iesus est dñs meus nisi spūm habeat sicut veri xpiani. mali aūt xpiani false dicunt iesus est deus meus. Est enī falsa discrepatō vocis a re que p vocē sigficatur. vñ talis ꝓfessio est quasi negatō. Tit. j. Cōfitent se nosse deū factis aūt negāt. Tales sunt similes militib⁹ pilati. q genuflectebāt coram iesu dicētes. Aue rex iudeorū & pcu. e. Tales sūt sigficati pistam ficum habētē solū folia: cui xps maledixit. que statī aruit Math. xxj. ¶ Et ¶ Tales vident esse peiores saracenis quantum ad q̄ttuor. ¶ Primo qr saraceni negāt cristū verbo sed isti facto. Deus ē enī factum q̄z verbū. ¶ Secō qr saraceni ex ignorātia xpm negāt. Nō enī sciūt ipm esse verz deuz et dñm. & si scirēt. multi eorūz saluarētur p bona opa. Cristiani aūt sciunt & credūt iesum esse dñm suū. et tamen ei negant debitū obsequiū. quod maius malz videt esse. Exemplum si duo homīes negarēt regi debitū obsequiū. ita q vnus diceret. dñe. Nescio qūo vobis debeam obsequium hoc exhibere. si enī scirem libenter vobis exhiberē. Alter vo diceret vere scio. q hoc obsequiuz vobis debeo. sed nolo exhibere. manifestum ē q secundus magis offenderet. ¶ Tercō quia saraceni legē suam obseruant. tales autez nullius legis esse videntur. qr nec xpiani nec saraceni sunt. Et ideo tales sine lege peribūt. ¶ Quarto quia tales videtur eē apostate a fide quātū ad rē fidi Videt etiam piuri eē. eo q̄ baptismo pmiserūt renunciare, dyabolo & pōpis ei⁹. & malo xpiaō fides erit ad cumulū dānatōis

quia magis peccat xp̃ianus fornicando et alia que ꝓhibent in euãgelio faciẽdo q̃z saracen⁹. Sicut magis peccat religiosus q̃z secularis idem peccatũ ꝯmittẽdo Sicut ergo status religionis si seruetur est ad magnũ meritum. et si nõ seruetur ad cumulũ dãnatõis. sic ẽ de fideli cristiano. q: si ip̃am fidem seruet infinita ⁊ inestimabilia bona inde consequet̃. Si ãt xp̃ianus fidem ope nõ impleat nihil boni consequetur. imo omia que sunt fidei cedẽt sibi ad cumulũ damnatõis. ij. pe. ij. Deli⁹ erat istis viã iusticie nõ ꝓgnoscere q̃z post agnitõem retrorsum cõuerti ab eo quod illis traditum ẽ. Et sic ptz secundũ. Tercõ ostendit q̃ gratie gratũfacientes boiem sunt a spũsanc. ⁊ a domio ihesu xp̃o et a deo patre. q: vt d. aug⁹ in diuisa sunt opa trinitatis. Gratie aũt gratũfacientes ordinãt Primo boiem ad deum ip̃m gratificando et iustificando. Et hoc ẽ. Diuisiões gratiarũ sunt boies scz gratificantiũ. Idem autez spũs istarũ gratiarũ. scz dator et diuisor. Quia quidam in maiori copia recipiũt vt apli qui in tanta copia receperũt gratiam spũsancti vt nõ possent amplius peccare. Similiter beata virgo. Quidaz in maiori copia recipiũt. nã peccare possũt et de facili peccãt. Quidã recipiunt vt in vno actu iustificent̃. vel i paucis vt latro de cruce. qui in vna ꝓfessione fidei iustificatus est. Quidam recipiũt vt i multis bonis actibus iustificent̃ vt paul⁹ ⁊ magdalena. et i multis alijs. Talis diuisio apparet epbe. iij. Unicuiq; ve. da. ẽ gra. ꝑm mẽ. do. xp̃i. ro. xij. Habẽtes donatões ꝑm gra. q̃ da. ẽ no. dif. Secõdo gratie gratumfacientes ordinãt boiem ad primum cui seruire facũt ꝓpter deũ. Et hoc ẽ. Diuisiones ministratõnum sũt scz ꝓpter deũ primo ministratur. Idẽ aũt domi⁹ scz iesus xp̃us omnia ministris suis abundantissime administrãs. j. petr. iij. Si quis aũt ministrat tanq̃z ꝟtute quã administrat deus Nã quidaz ministrant ꝓpõ i sacramẽto altaris et diuino officio. quidã i ꝓdicatione verbi dei. quidã in prebẽdo necessaria vite. qdam in deseruiẽdo de persona sua primo. quidã in cõfortãdo ⁊ visitando et dãdo bonum exemplum alijs. j. co. rith. iij. Sic nos existimet homo vt ministros xp̃i et dispẽsatores mi. dei. Tercio gratie gratumfaciẽtes ordinãt boiem ad seipm. put opus eius meritoriũ vite eterne faciũt. Et hoc ẽ. Et diuisiõnum sũt quibus diuersimode meremur. Nã quidaz plus meretur i vno ⁊ ieodez opere. quidam minus vt patz de illa vidua mittẽte duo era minuta i gazophilatium. de q̃ christus dixit. q̃ plus omibus misit luc. xxi. Quidã meretur in vno ope. quidaz i pluribus. Quidã in dicẽdo. quidã i tacẽdo. quidam in saitate quidam in infirmitate. et sic de alijs. Idem vero de⁹. scz pater qui opatur omia supradcã et omnia necessaria ad salutem in omibus. q: qõ nõ dat vni dat alteri. esa. xxvj. Omia opa nostra op. es in no. dñe. phi. ij. Qui opat i vo. vel e et ꝓficere p bonã volũtatẽ. Et sic p ea q̃ dixit. exp̃sit ꝫitatẽ psoarũ. vnitatẽ vo eẽntie exp̃sit i eo qõ dixit q̃ opat omia in oĩb⁹. Sic esaias. postq̃z dixit ter sctũs adiũxit dñs deus. Notãdũ ergo q̃ in hoc tercõ mẽbro ad tria monemur. Primo vt grãm nos iustificãtẽ brẽ nitamur p ꝓgruã dispositõez. q: spũscũs pat⁹ ẽ eã oĩb⁹ dare. Jac. i. Qui dat oĩbus affluenter ⁊ nõ iproperat Apoc. iij. Ego sto ad ostiũ et pulso si qs apuerit mihi introibo ad illũ. propterea .n. filius dei incarnatus ẽ ⁊ mortuus ⁊ resurrexit vt nos gratificaret et iustificaret. Ro. iij. Tradit⁹ ẽ ꝓpter delicta nrã. i. ꝓpt peccata nrã scz deleẽda et resurrexit ꝓpt iustificatõez nrãz. Ad hoc etiã nati sum⁹ vt i

grā dī viuam⁹.eccl̄s.xij. Time deū ⁊ mā data eius obserua.hoc ē oīs homo. Ad hoc etiā p̄stat nobis vitā.vt grām et miſericordiā cōſequamur.eſa.xxx. Propterea expectat deus vt misereat̄ veſtri. propterea eius angeli et omīs creatura obſequūtur nobis vt p grām salutē ꝓsequamur.hebr.j. Omēs sunt administratorij spūs in mi.miſ.ppter eos qui here.ca. salutis. ¶ Secdo monemur vt d̄ gratijs ⁊ bonis nobis a deo datis primo obſeq̄mur.iob.xxj. Si ego laui pedes veſtros dñs ⁊ magiſter.⁊ vos debetis alter alterius pedes lauare.gal̄.vj. Alter al. onera portate.⁊ sic adimplebitis legē xp̄i.j. pet. iij. Unusquisq3 ſi.ac.ḡ.in al. il.admi.ſi. bo.diſpē.mł.gra.dī. Agendo enī facta p ximi nrā agum⁹.q2 deus retribuet nobiſ luc.x. Curā illi⁹ habe.⁊ si quid ſuperogaueris ego cū reddiero reddā tibi. Ille vero ſeruus q talentū ⁊ pecuniam dñi sui abſcondit nec p̄ſtitit eā primo ꝓdemnat⁹ ē.vt ptz lu xix. Prouer.xj. Qui abſcōdit frumēta maledicet̄ in plīs. In eodez v. Deriuent̄ fontes tui foras ⁊ in plateis tuis aq̄s diuide. Ad hoc nos inducunt omēs creature. q2 omīa bona recepta a deo ꝓmicant nobis. vt sol lucē. terra frcūs aqua pisces. Ad hoc etiā ipe creato2 nos inducit qui seipm cōmūicat.⁊ in natura ⁊ in grā ⁊ in glo2ia. ¶ Tercio monemur vt in grā nobis data. p bona opa fructificem⁹.col̄.j. In omī opere bono fructificantes ⁊ crescētes in scīa dei. Multi crescūt solū in psona. sz in vtute ⁊ grā decrescūt.esa.lxv. Puer centū annoz morie⁊ biere.xxxij Scribe viz istū sterilē qui in dieb⁹ suis nō p̄sperabit̄.ecc.x. In pigricijs hūiliabit̄ ꝓtignatō. i. vtutes dispoſite in boīe regētes ⁊ ptegētes ipm deuastā̄tur et ambitant̄ p nō opari. Sicut hō amittit visuz si diu stet in carcere nihil videns.⁊ si homo ꝓmederet solū lac pdez dētes. Nota de ficulnea de qua dixit dominus ei⁹ colono vt succideret eā. q2 nō ferebat fructū iā per tres ānos qui rñdēs ait. Dimitte eā etiā hoc āno vſ.dū.fo.circ il.⁊ mit.ſter.⁊ si fe.fru.bene. si āt nō i fu.ſ. eā. luc.xiij. Tres anni sunt ta tempa. ſ. āte legē. sub lege ⁊ in grā. Iste terci⁹ ānus est tps grē plenū omī bono simo. i. omī boā pinguedine spūali bonoz q2 xp̄s ē passus ex cui⁹ passiōe magna vtus ad bene agendū nobis emanauit. celū ē aptū. dimittunt̄ peccata. bulla grē dei ē apta. et omīa breuiter sunt pata. Quicūq3 ergo illo tcio āno. i. tpe gratie non fructificat. dz amputari et ignē mittri. matb. vij. oīs arbor que nō facit fructū bonū excidetur ⁊ in ignē mittet̄. Et sic patet tercium.

Quarto ostendit q etiaz gratie q̄ gratis dant̄ ad vtilitatē ecclesie dant̄ ⁊ a spūsancto sunt. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit differētiā istius gratie ad precedentem scz gratum facientem dicēs Unicuiq3 scz membrorum ecclesie datur manifestatio spūs id ē gratia aliqua per quaz videtur ⁊ apparet in eo esse spūssanctus: etiam si non habeatur.⁊ hoc non ad proprium meritum. sed ad vtilitatem ecclesie et aliorum.⁊ sic notatur duplex differentia gratie gratis date ad gratiam gratum facientez Prima est q ista facit habere spūmsanctum. ⁊ si non manifestat q habeatur. hec vero facit apparere. q in sit: etiam si non habeatur. Secunda est q2 ista ē ad habētis meritū ordinata. hec autem ad ecclesie vtilitatem. etiam si habens eam nihil mereatur ¶ Secdo distinguit multiplicē drām gartie gratis date. dī. Alij quidē datur sermo sapi. p spūmsanctuz. i. gratia predicādi ⁊ docendi ea que ad sapientiam pertinent scilz eterna in premium iustis reposita. que non inuenit̄ in terra suauiter viuentiū. iob. xxx viij. Alij sermo scientie sm eūdē spūm id

est gratia predicādi ea que ad scām pertinent. scz ad rectā ꝙuersatōz in bis tpalibus ⁊ in nocte hui⁹ mūdi. Unō ꝑmi ꝓdicatores. s. qui ꝓdicāt ea que ad sapiaz ptinent soli cōpantur. Secūdi vero lune. Isti enī mentib⁹ iā claris p gratiā tā q̄z sol diei irradiāt. Isti aūt tenebrosam hui⁹ vite noctē illuminat. gen. j. Fecit deus duo luminaria lu. ma. vt p̄esſz diei. et lu. min⁹. vt p̄ees. noc. Alteri fides in eodē spū. i. sermo fidei. vel grā docendi q̄ p tinent ad fidē. Fides enī ipa ē de gratijs gratūfaciētib⁹. dei enī donū ē vt di. apo. epbe. ij. Hoc donū vel grām monet ꝑlatos petr⁹ habere d. Parati sp omī poscēti vos reddē rōnē de ea q̄ ī vobis ē fide ⁊ spe. Alij gratia sanitatū. s. ꝓferendarū in vno spū. q: si a natura potuissent haberi tñ nō habebantur. vel non eodē mō. vel vbi natura nō poterat ſz deficiebat. matthe. x. Infirmos curate. mortuos suscitate. lepr̄osos mūdate. dēones ejcite. Alij opatō virtutū. i. miraculoꝝ que fiūt oīno ꝓtra et supra ꝓsuetū cursuz nature. Et bene vltime grē dant ad ꝓfirmandū sermonē ꝓdicatōnis sapiētie et scientie et fidei ō quibus dictū ē marci. xvj. Signa aūt eos qui cre. bec se. in no. m. ej. dem. lin. lo. no. ser. tol. ꝛc. Alij dat ꝓphetia. i. grā predicā di futura qđē ꝓgatiua magna. act. xnj Erāt aūt in eccia ātiochie ꝓphete ⁊ doctores. Alij dat discretō spūuz. i. grā discernēdi int spūs cū aliq̄d suggerit. vtrū boī vel mali sint. et hoc ē multū necessarium q: ipe satbanas trāsfigurat se ī āgelū lucis. vt d. ap̄ls. ij. coꝝ. j. iob mj. Nolite oī spūi credē ſz ꝓbate si spūs ex dō sint. hāc grāz eua nō habuit q̄ dyabolo ꝓmittente icredibilia statī credidit. Alij dantur genera linguaꝝ. i. grā loquēdi in diuersꝫ ydeomatib⁹ ꝓprie. act. ij. Ceperūt loqui varijs linguis. Alij dat interꝑtatō sermonū. i. gratia intp̄etādi sermonē ignotuz et obscurū p planū et notū. Hoc donuz habuit daniel qui intp̄etat⁹ ē scripturā regi. Hec aūt opatur omia vn⁹ atq; idē spūs diuidēs oīa supradicta dona. put sibi placet. Ro. ix. Nō est currētis neq; volentis sed dī miserētis. Et sic ptz q̄rtū et ꝙsequēter totuz.

Dnica. xj. de. cuā. Sermo. LXXXVI.

DIxit ihesus ad quosdam qui in se cōfidebāt tanq̄z iusti et aspernabantur ceteros. pabolā illā duo hoīes ascenderunt in templū vt orarēt. lu. xviij Sic di. btūs aug. In malis opibus iniqtas exercet vt fiāt lupbia vero etiā opib⁹ bonis īsidiatur. vt pereant. Unde boc singulare habet lupbia q̄ bonis opibus ꝙūcta ipa perire facit. Exemplū buius ꝑz in lucifero qui fuit in oīb⁹ pfectus. Eze. xxviij. Tu signaculū similitudīs. scz dei plenus sapia et pfect⁹ decore. in padiso fuisti. oīs lapis p̄cōsus opimētū tuū. Quia tamē de bis et cū bis lupbiaz possedit. oīa bec pierūt in eo et ipe dānatus ad infernuz descendit. Humilitas vō ecōuerso. q: q̄ buscūq; et quātiscūq; malis apposita penitus ipa expellit et delet et ad gloriaz p ducit eternā. Job. xxii. Qui būliat⁹ fuerit erit ī glia. Et ō hac materia xp̄c in boc euāgelio quādā similitudinē narrat. Circa quā tria facit. Pdrīo ponit boīes cōtra quos hāc pabolā īducit. In pncipio euāgelij. Scdo ipaz pabolā i q̄ orō pharisei ⁊ publicani describit. cōsequēter subiungit. ibi. Duo bomīes ascē. in templum. Tercio vtriusq; orationis finem infert. et concludit ibi. Amen dico vobis descēdit hic iust. ab il. quia omnis. et cetera.

Pdrimo ponit bominē contra quos bec parabola īducitur quia contra q̄sdam qui de se confidebant et reputabāt se iustos ⁊ omēs alios tanq̄z peccatores

deſpiciebant. ¶ Tria ergo peccata in talib⁹ hoīibus eē demōſtrantur. Primū eſt q⁹ de ſe ꝓfidebant. qđ ē. valde ſtultū q⁹ neq⁹ in ſe neq⁹ in aliq̄ re mūdi dēt vel pōt hō ꝓfidere niſi in ſolo deo et hoc pat⁹ p ſingula diſcurrēdo. Nā in bonis mundi vt in diuicijs potēcijs dig̃tatibus ⁊ ſic de alijs nō eſt ꝓfidendū .qa de neceſſitate omīa hec vel dimittūt noſ p aduerſam fortunā. vel nos dimittim⁹ ea p mortē. iob. xxvij. Diues cū dormierit nihil ſecū au. j. tbi. vj. Nihil intulim⁹ in hūc mūdum nec auferre q̄d poſſumuſ Exemplū de illo diuite. luc. xij. qui de diuicijs ꝓfidebat dicēs. Gaude aīma mea. ba. mul. bo. repo. ī an. plur. puer. xj. Qui ꝓfidit in diuicijs ſuis corruet. Similiter nō ē ꝓfidēdum in dignitatib⁹ ⁊ ſtatibus bonor⁹. vt di. boe. Dignitas nō boiez dignū et bonū. ſed poti⁹ oſtēdit et demonſtrat indignū. Et ideo nō ex dignitate virtus ſed ex vtute dig̃tati hō⁹ accedit ⁊ ideo nō in dignitate ſed vtute ꝓfidēduz ē. Ruitupabile ergo eſt dignitatē brē ſine vtute. q⁹ vt d. boe. dig̃tas nō fugare ſed illuſtrare potius nequiciaz ſolet. Et dato q̄ hō dignitatē cū virtute habeat. nō eſt tamē in dig̃tate ꝓfidendum. cū frequēt hō ipam pdet et in vita pluries. vel ſaltez in morte. ⁊ q̄ p deo ab hoīibuſ colebat ab ſcondit ſub terra ab hoīib⁹ cōculcād⁹ boe. Plena ē exemplor⁹ vetuſtas plena eſt pīs etas quāti regeſ felicitatem calamitate mutauerūt. Nec in bonis nature eſt cōfidēduz vt in ſanitate vel robore corporis. cum modica infirmitate hō ſubito ꝓteratur et neceſſario hēat ab alijſ ſuſtētari. Exemplū de ātiocho. ij. mach. ix. Is qui videbat fluctib⁹ maris impare ⁊ mōtuz altitudines ī ſtatera appēdere. nunc humiliatus ad terrā in geſtatorio portabatur. Similit nec ī gratijs gratiſdatis. vt eloquētia. ſcientia. artib⁹. et ſilib⁹. q̄a p modicū impedimētum. vt p infirmitatez. vel retētōem in carcere. vel p multor⁹ loc⁹ mutatōem nihil valēt. Quid enī valet eloquētia. vel quecūq⁹ ſcientia vel leges. vel decretales int tartaros. vel ſaracenos. puer. nj. Fallax grā ⁊ va. ē pulcri. Similiter nec in amicis. nec in cōſanguineis eſt ꝓfidēduz. q⁹ veri amici nō inuenīuntur in mūdo. ſed omēs ſunt amici ficti: et tempore proſperitatis. et nō tempore aduerſitatis. ⁊ ideo cōtemnēdi. Boeti⁹. In preſidio ſunt amici quos nō virtus ſed fortuna conciliat. ſed quos fortuna fecit amicos infortunium faciet inimicos Propter quod d⁹ biere. xvij. Maledictus vir qui cōfidit in hoīe et po. car. brach. ſ. Ergo nec in mūdo qui totus in maligno poſitus eſt. nec in rebus mundi cōfidēdum ē. q⁹ ī ſupradictis q̄nq⁹ omiſs ſpes mūdanor⁹ fūdatur. eſa. xxxvj. Ecce cōfidis ī baculo arundineo ſuper egiptū. cui cum īnixus fuerit homo cōminutus ītrabit manum eius et pforabit ea⁹. Egiptus īterpretatur tenebra. i. confuſio ⁊ āguſtia et ſig̃ficat mōm In ſolo g⁹ deo ē cōfidēdum. q⁹ ipe eſt vera et firma ſpes. bier. xvij. Benedcūſ vir q̄ cōf. i dnō ⁊ erit dn̄s fiducia ei⁹. ¶ Qcōm ē q⁹ ſe iuſtoſ reputabāt qđ eſt valde p̄ſumptuoſuz. prouer. xx. Quis p̄t dicere mōm eſt cor meū pur⁹ ſuz a pcto. Jac. nj. In multis quidē offendim⁹ oēs. j. Jo. j. Si dixe. q⁹ pecc. nō hēmus. ip. no. ſe. et ve. in no. nō eſt. Et dato q̄ hō nō habeaz ſciētiam alicui⁹ grauis peccati nō ꝓpter hoc debet ſe iuſtuz reputare. j. cor. mj. Nihil mihi conſcius ſuz. ſz ī hoc nō iuſti. ſuz. eccl⁹. ix. Sunt iuſti atq⁹ ſapiētes ⁊ opa illor⁹ ī manu dei. et tamē neſcit homo vtruz amore an odio dignus ſit. ¶ Matbe. vij. ¶ Multi dicent mihi in illo die domine nonne in nomine tuo prophetauimus et ſigna multa fecimus. et demonia eijciem⁹ ⁊ virtuteſ

multas fecimus.et dicet illis. Amē dico vobis nūq̄z noui vos. Tercū ē quia ceteros aſpnabātur qō ē valde impium cū ſolū deus intueat cor et in corde cōſi/ ſtat bonitas ⁊ malicia boīs.qr cū de corde exeāt cogitatōnes male.furta.homicidia.⁊ cetera mala vt dr matb.xv. liquet q̄ neminē malū poſſum⁹ iudicare. Itez q̄ apparet malus ⁊ eſt malus in cōſpcū hominū eſt bonus ⁊ p̄deſtinatus in ꝓſpcū dei. Nā eo tpe quo magdalena erat peccatrix iudas erat aplūs et faciebat miracula.et tñ iſta erat p̄deſtinata ad vitaz et iudas p̄ſcit⁹ ad mortē. Et idō frequēter aliter videt deo q̄z nobis.boeti. Hoc qō tu iuſtiſſimū et equiſſimū putas omnia ſciēti p̄uidētie diuerſuz videt. Itez ſicut hō ſubito p vnū cogitatū malū malus fit.ita ſubito p vnā verā cōtritōnem fit bonus.et recipit grām ſpūſſancti Unde ſup illd̄ act.ij. Factus ē re.d celo.ſon⁹ di.glo. Neſcit tarda molimīa ſpūſſancti grā. Cū ergo vt dr iob.xnj.hō mutet cōtinue ⁊ nunq̄z in eodē ſtatu pmanet.d nemīe poſſum⁹ iudicare vtrū bon⁹ vel malus ſit. Sicut de fluuio velocit currente nō poſſum⁹ dicere bec aq̄ ē hic qr āteq̄m verbū ſit cōpletū receſſit. Ceterū opa hominū bene poſſumuſ iudicare bona vel mala eē. qr de aptis peccatis licet nobis iudicare q̄ mala ſint.ſed ipz facientē noſ nō poſſum⁹ malū iudicare niſi p tūc q̄ndo mala facit. Et idō pbibet nobis omīno p̄mū iudicare ⁊ ſpnere.luc.vj. Nolite iudicare et nō iudi.noli.ꝓde.et nō cōdē.eſa.xxnj. Et qui ſpnis nōne ⁊ ipe ſperneris. Et ſic ptz p̄mū. Scdo ponit ipſa pabola in q̄ pbariſei et publicani ozō deſcribit. Pbariſei erāt quedā ſecta inē iudeos ab alijs in quibuſdā obſeruātijſ diuiſi ſic dicti a pbares qd̄ eſt diuiſio habebant enī in manu ⁊ in frōte mēbranaſ vel cartas in quib⁹ erat deſcript⁹ decalogus in ſignū q̄ p̄cepta habēda ſunt ante oculos cordis p iugē memoriā et in manu p opum adimpletōez. Itē ſpinas ferebāt in fimbrijs pallioz vt pungerēt eos dū incederēt ⁊ recordarent mādatoz dī et ſic tota religio coz erat in apparētia ⁊ ſupſtitione. Et erant phariſei maioris reputatōis in vita inē iudeos ſicut monachi inē r̄pianos. Publicani aūt dicebā/ tur quaſi publice exercētes artes ⁊ mercatōnes quib⁹ peccatū nō deerat. Unde publicani q̄ſi publice peccātes. Erāt aūt apparētis malicie ſicut phariſei apparentis bonitatiſ. De bis igit duob⁹.ſcz phariſeo ⁊ publicano ē p̄ñs pabola in q̄ ozō vtriuſqz deſcribit. ⁊ p̄mo ozō phariſei. q̄ habuit bonū p̄ncipiū qr ad templū locū ſanctū aſcendit. Criſtiani ergo q̄ ad eccleſiā nō vadūt ad regratiādū deo p beneficijs receptis vt phariſe⁹ fecit. nec ad petēdū indulgētias p cōmiſſis vt publicanus.nulluſ legis eē videnť.⁊ peiores ſūt omīnatōi.⁊ idō ſicut canes ſine lege peribūt ⁊ extra p̄iscient.apoc.xxij. Foreſ canes ⁊ venefici. Itē hūit bonū p̄ncipiū.qr bona in tētōe aſcēdit.ſcz vt oraret.qd̄ eſt ꝓ multos q̄ vadūt ad eccl̄iaz ad ꝓfabulādū ⁊ loquendū Quidā vadūt ad videndū mulieres.et mulieres vadūt vt videanť.⁊ iō vt aſpiciant attēte vadūt purpurate et coopte vald̄ vt dyabol⁹ q̄ apparuit beato martino. Et ſic eccleſia q̄ deberz eſſe locus ozōnū fit ſpectaculū pctorum Et qui debuerant p indulgentia peccatorum ire peccata multa incurrunt. Et vnde deus debuit honorari dyabolus exaltatur. Et quando maior deuotō vl religio debet haberi.ſcz in ſolennitatib⁹ tunc huiuſmōi vana permitioſius obſeruantur. Propter quod dicitur Eſai.j. kalendas veſtras et ſolennitates vr̄as, odiuit aīa mea. In eodē.nj. Decalua bit dom⁹ filias ſyon p eo q̄ ābulauerūt

extento collo et nutibus oculoꝝ ibant. Sed habuit malū medium. qz fatue et supbe orauit. ⁊ malū finem quia ꝯdemnatus discessit. vnde debuit iustificatus recedere ¶ Fuit ātem eius orō primo psumptuosa. quia stans apud se orabat quasi de suis meritis confidēs. Unde status corporis in eo elatōem significabat mentis q.d. Non oportet me genuflectere p̄ aliquo qz plenus suis ōibus et abūdo. Contra quod apoc.mj. Dicis qz diues sum et locupletatus et nullius egeo et nescis qz tu es miser et miserabilis ⁊ paup ⁊ cecus et nud⁹. ¶ Secūdo fuit effrontuosa. qa gratias ago tibi. q.d. Nō habeo ꝓsciētiā alicuius peccati. et ideo nō peto veniam sed apta frōte sto corā te referēs gratias Contra quod.ro.nj. Omēs pec. ⁊ egēt gr̄a dei. ¶ Tercio fuit supba et vaneglorioſa qz non sum sicut ceteri boīm rapt. iniust. adul. Due enī sunt ptes iusticie vt ait aug. scz declinare a malo ⁊ facere bonum. Prima ptem ostēdit se brē cuz dicit. Non sum sicut ceteri ho. ra. ꝛc. Secūdam partē ostēdit se brē cū subdit. ieiuno bis in sabbato. de. do. oīm que possī. Ubi nota q omīs peccatoꝝ ē raptor iniust⁹ ⁊ adulter et in ōi peccato ꝓmittit furtū iniusticiā et adulteriū. Raptor ē. qz aīmaz q̄ solius dī ē aufert ei ⁊ dat dyabolo. Iniustus ē qz cū ipe sit seruus emptici⁹ dei ei⁹ sanguine emptus ipe subtrahit se ab ei⁹ seruicio ⁊ seruit dyabolo eius inimico. Adulter ē qz deserto deo q̄ ē ppri⁹ spōs⁹ aīme cū dyabolo fornicat. Et iō excludēs a se hec tria oēm radicē peccati a se excludit. Itē nota q hō duo hēt a deo. scz se et sua. et ido tāq̄m feudari⁹ debz se ⁊ sua a deo recognoscere se tenere. In eo enim q bis in septimana ieiunabat. ostēdit se deo facere sacrificiū de corpe suo duz ad eius honorē corp⁹ p ieiuniū macerabat In eo vo q decimas oīm soluebat ostendit omīa bona quecūqz habebat a dō re cognoscere se tenere. in eo vo q ad tēplū venerat ad orandū et gratias referebat ostendit p se ⁊ ōibus suis deo omagiū facere tanq̄m dnō. ⁊ p ꝓsequēs ostendit se in omīb⁹ pfectū eē et dei mādata seruare Et hoc est. grās tibi ago. qz nō sum sicut ce. ho. q.d. ego sum solus bon⁹. ceteri ātem cōpatōe mei sunt mali potuit saltē dixisse sicut multi boīm nō sū. ¶ Quatuor q̄ppe sunt spēs supbie. vt di. Beda. Prima ē cū q̄s bonū q̄ habet a se habere ⁊ nō a deo existimat. Cōtra q̄ aplus .j. cor. mj. Quid hēs q̄ nō acce. si aūt accepisti quid gloriaris q̄si nō acceperis. Hanc būit nabuch. qui ait. Nōne hec ē babilon ciuitas ista magna quā ego edificaui in robore fortitudīs mee. dan. mj. Et ido cōuersus ē in bestiam. qz sicut bestia deū nō cognouit. Unde statī subdit ibidem. Ab homīb⁹ eiiciēt te ⁊ fenum vt bos comedes donec scies q excelsus dominet sup vniuersaz terrā in regno boiz ¶ Secūda ē cū quis bonū q̄ hēt putat p meritis suis a deo sibi datū q̄ exīguit materiā gratie. qz sicut di. aplūs ro. xj. Si aūt gratia dī iaz nō ex opib⁹. alioq̄n grā iā nō est gratia. Hāc habuit lucifer. q ex opibus ⁊ meritis suis voluit sup omēs creaturas sibi p̄ncipatū dari. ⁊ iō piect⁹ ē in infernū. qz q̄ volebat in ōibus p̄esse. subt⁹ omīa fuit demersus. esai. xmj. Qui dicebas in corde tuo. in celū ascendaz supra astra celi exaltabo soliū meū. verūtamē ad infernū detraberis in p̄fundū lacī. ¶ Tercia ē cū quis iactat se ⁊ vult videri. habere quod non habet quibus maius p̄ciū est videri ⁊ nō eē q̄z eē ⁊ nō videri vt di. phūs. Hanc habent ypocrite matb. xxiij. Ue vo. scribe ⁊ phariſei ypocrite. qui similes estis sepul. deal. que a. foris spe. appa. ho. intrin. autem. ple. sunt os. mor. ¶ Quarta est cuz quis despcīs

ceteris appetit singulariter videri habe re qđ nō habet. Hanc habuit iste phari seus qui reputauit se singulariter iustū. et ideo hodie singularit in toto mūdo p dicatur supbus ⁊ iniustus. vt q̄ voluit sin gularit bonus apparere: singulariter p̄ dicetur mal⁹. q̄ deus supbis resistit. iac. iij ¶ Quarto oratō pharisei fuit contu meliosa q̄ nō sui⁊ velut etiā hic publicā⁹ q.d. Iste etiā publicanus ē de numero su pradictor⁊. sc⁊ raptor⁊ iniustor⁊ ⁊ adulte rorū. et p̄ sequēs orādo ꝓtumelias ei in ferebat. ps. Oratō eius fiat in peccatum ¶ Quinto fuit mēdosa. q̄ ea que dixit se nō brē habebat. et que dixit se habere nō habebat. Nā dixit se nō ee raptorez ⁊ bonitatē et gl'am que ē soli⁹ dei rapiebat lu. xviij. Nemo bon⁹ nisi solus deus. esa. xlij. Gl'am meā alteri nō dabo. Itez dixit se nō esse iniustū. et publicanū temere iu dicauit. et de numero malor⁊ dixit ipsu⁊ ee. in quo magna iniusticia ꝓsistit. Item dixit se nō esse adulterū et ipe cū supbia que est vxor dyaboli adulteru⁊ cōmisit dimissa būlitate que dēt ee vxor cuiusli bet iusti. sap̄. viij. Hanc q̄siui mihi spon sam assumere. Itē dixit se ieunare ⁊ ipe sicut lupus vento vane glorie pascebat. osee. xij. Effraim pascit ventū. Et iō ieiu nio dyaboli ieunabat. ysiō. Qui a cibis abstinēt et prava agūt demones imitan tur quib⁹ cibus sp abest ⁊ culpa sp adest Item dicebat se decimas offerre oīm. et ipam decimā bonor⁊ opum deo nō attri buebat. sed ipe sibi iusticiā suā⁊ attribue bat tanq̄⁊ principio et de ipa vanā gloriā querebat tanq̄⁊ finē. Hui⁹ oppositū facia mus dū inicū ⁊ finē bonor⁊ opm deo at tribuim⁹ qui ē alpha et o principiū ⁊ finis oīm. apoc. j. ¶ Sexto fuit fatuosa. q̄ si cut vbi būlitas ibi sapia vt dr. puer. xvj. ita vbi supbia ibi stulticia. Et hoc appa ret q̄ntu⁊ ad sex. ¶ Primo q̄ oratō nē suā inordinate incepit. s. a grā⁊ actōe. Diffusa enim que ē valde ordiata oratō in cipit a confiteor. et termiat a deo grās. ro. xvj. Que a dō sunt ordinata sunt. Et iō oratō istius nō fuit a deo. q̄ nō fuit ordia ta. Inchoanda ē enī oratō in cōsideratōne et confessione peccator⁊. puer. xvij. Justus a principio ē accusator⁊ sui. Ex hoc enī būi liatur et cōpūgit in lamētis. et p̄ sequēs oratō ei⁹ ascendit ad deū. ecc. xxxv. Oratio būiliantis se nubes penetrat. Deōo qa boitatē dei nimis artauit. nā eū qui vult omēs boies saluos fieri et nō dat spūm ad mensurā. et dat omib⁹ affluent. credi dit solū se fecisse bonū et solū se spū ābu lare et eius bonitatē sibi largitā fuisse. ac si q̄s crederet q̄ sol in domo sua tantum luceret. bern. Nolo vt nusq̄⁊ arbitreris sole iusticie apparere ⁊ lucere nisi in cel la tua ¶ Tercō q̄ de magna eq̄tate gau det dicens. Nō sui⁊ sicut ceteri hoīm. qđ tale ē ac si quis gauderet q̄ eet mōstru⁊ in natura. ¶ Quarto q̄ ipe venerat ad orādū et nō orat sed laudat se dicēs. gra tias ago tibi dnē q̄ nō sum sicut ce. boi. quod ē stultū. sc⁊ se laudare cora⁊ deo q̄ omia nouit. Decus eet cora homībus q̄ ignorant facta alior⁊. ¶ Quīto q̄ infir mitates suas abscondit ei. a quo sanari deberet dicēs se nullū morbū habere. q̄ dixit nō sum raptor iniustus neq⁊ adul ter. hoc. Si operam medicantis exp̄as oportet vt vulnus detegas. puer. xxviij Qui abscondit scelera sua nō dirigetur. ¶ Sexto q̄ elemosinā petitur⁹ diuicias suas ostētat. qđ tale ē ac si quis iret petē do elemosinā manib⁹ plenis aureis. In oratōne enī bō petit a deo elemosinā spūa lium bonoru⁊. Et ideo debet facere sicut pauperes qui ostēdūt omēs miserias su as et magis ostendūt se miseros q̄m sūt. Et sic par⁊ oratō pharisei q̄e fuit p̄sum ptuosa effrōtuosa supba contumeliosa.

mendosa ⁊ fatuosa. ¶ Secdo ostenditur oro publicani que fuit p contrariū bona. Nā fuit timorosa. pudorosa. dolorosa. accusatoria. vera. ⁊ sapia plena.

Primo fuit timorosa q; ppter multitudinē peccatoꝝ timebat approp̄iquare sanctis. ⁊ ido a longe stabat. qđ ē ꝓtra multos q̄ cognoscūt se magnos pctores ⁊ sedent iuxta altare et iuxta sacerdotes. Et nota hic de osa quē dns interfecit q; tetigit arcā. ij. re. xvj. Hic cadit exēplū qđ recitat btūs gre. in dyal. de illa dna: que cuz de nocte polluta esset a viro. iuit de maē ad dedicatōez oratorij sancti sebastiani et tetigit reliquias eoꝝ. et statī invasa ē a dyabolo. ¶ Secdo fuit pudorosa. q; nō audebat oculos ad celū leuare. q; celi agmina p peccata offenderat. et celū amittere rat iō pre verecūdia nō audebat celuz respicere. vñ eccia cātat. nō sum dignꝰ videre altitudinē celi pre multitudie iniq̄tatis mee. ¶ Tercō fuit dolorosa. q; p̄cuciebat pectus suū. sub quo ē cor. quod magno dolore p̄cuciebat interius magis q̄z pectus exterius. Vere pctōr dēt sūme dolere q; p̄ tā modico bono amittit tot bona et incurrit tot pessima mala. Sic doluit magdalena et p̄cussa fuit in corde. Quarto fuit sui accusatoria. q; soluz accusabat se ⁊ reū reputabat. p̄s. Quoniaz iniq̄tatē meā ego cognosco. ij. reg. xxmj. Ego suz qui peccaui ego iniq̄ egi. Quito fuit vera. q; sicut bēbat in corde. ita loquebat ore. ⁊ sicut erat interius. ita ostendebat se exterius. ecc. xmj. Nō ꝓfundaris p aīa tua dicere verū: qđ ē ꝓtra multos qui stāt in ecclesia ad orandū. et aliud habēt interius q̄z quod ostendūt exterioꝰ. q; recipiūt osculū pacis et nolūt pacē. ⁊ dicūt Dimitte nobis deb. no. sicut ⁊ no. d. de. no. et tamē nō dimittūt suis offensoribꝰ offensas. Et ido nō recedūt iustificati sicut hic publicanus q; eis nihil dimittit.

sed huic publicano omia sunt dimissa. in quo pensare debemꝰ magnā dei misericordiā in humilē publicanū. Nō audet publicanus approp̄iquare et deus approp̄iquat. nō audet ad celū respicere. ⁊ deꝰ respectu misericordie eū respicit. penas a se exigit et deus ei p̄cit. culpā suā ꝓgnoscit et deus ei ignoscit. Sic humilis non audet approp̄iquare vt deus approp̄inq̄t nō aspicit vt deus aspiciat. premit ꝓsciaz sed spem subleuat. p̄cutit pectus ⁊ penas a se exigit. vt deus p̄cat. ꝓtitetur vt deus ignoscat. Ignoscit deus vt ille agnoscit.

¶ Sexto fuit sapia plena quod ptz q̄ntum ad sex opa sapiētis. ¶ Nam ad sapiētem ptinet primo seipm considerare. puer. xvij. Oculi stultoꝝ in finibus terre. sapiētis āt oculi in capite suo. Sic iste oculos cōtinebat submissos ad considerandū pessimū in quo fuerat. ¶ Secūdo facta sua ad debitū finē ordinādo. q; sapiētis ē ordinare. j. cor. xmj. Omia fm ordinē fiāt in vobis. Sic iste orōnez suā optime ordinauit ad iustificatōez et veniā ꝓsequēdam. q; descendit iustificatus in domū suam. ¶ Tercō ad sapientem ptinet a malo recedere ⁊ ad bonum approp̄iquare. iob. xxvnj. Timere deū ipsum ē sapia et recedere a malo intelligētia. Sic iste recessit a peccatis ⁊ venit ad orōnem. ¶ Quarto ad sapiētem ptinet res iusto p̄recio appreciari. nā ad sapiētez ptinet vnāquāqz rē tanti existimare q̄nti babēda est. Sic ille existimauit dū melius oīm putauit gratiaz dei brē et ei reconciliari. Et iō oībus dimissis iuit ad templū p grā dei babēda quaz secū reportauit. matb. xmj. Simile ē reg. ce. homi. negrenti bo. mar. inuē. aūt vna p̄ciosa mar. ven. om. q̄ ba. ⁊ e. eam. ¶ Quito ad sapientē ptinz vltimū finē ꝓsiderare. nā sapiētia de altissima causa ē. s. dē deo q̄ ē vltimꝰ finis. sap. vj. Cogitare enī de ista sensus ē

ꝓſumat⁹.hier.ix. In hoc glorieť q̄ gloriat ſcire et noſſe me Sic ille vltimum finē in ſua oratōe ꝓſideravit.ſ.deo ꝓnūgi cui bō in oratōne ꝓnūgiť. Nā vt dicit damaſen⁹ Oratō eſt mētis aſcēſus in deum. Unde oratūb⁹ aplis ſpūſſanctus ſup eos venit Sexto ad ſapiētez ptinet meliora eligere. Unde aplis d.q̄ ſapiētes ſunt bene et multū ꝓſiliatiui vt meliora eligāt prouer.xi. Ubi multa ꝓſilia ibi multa ſalus. Sic ille meliuſ elegit.ſ.ſeipm hic punire et iudicare. Unde pcuciebat pect⁹ ſuuz ſe reū dicēs.j.co.xi. Si noſmetipos dijudicarem⁹ nō vtiqz iudicaremur. Uñ auguſ. Pone hic vre.hic ſeca. vt in eternum mihi pcas. Et ſic ptz oro publicani. q̄ ita fuit fulta bonis.ſicut oro phariſei malis ecc.xxxvj. Unū ꝓtra vnū.malū ꝓtra bonū. Juxta magnā vallē ſp magn⁹ mons ē. Et ſic ptz ſcōm Tercō infertur vtriuſqz oronis finis.q̄ publican⁹ fuit iuſtificatus.ꝓpter būlē oronē.phariſeo ꝓpt ſupbiā ſuā remanēte in fecib⁹ ſuis. Ubi ē argumentū q̄ melior ē pctor būlis q̄m iuſtus ſupbus.aug⁹. Audeo dicere ſupbis eē vtile i aliquod aptū maifeſtū peccatū incidere.vt ſibi diſpliceāt qui iā ſibi placēdo ceciderāt. Saluber⁹ enī petr⁹ diſplicuit ſibi q̄n fleuit q̄z placuerat q̄n negauit In fine āt reddit rōnē hui⁹ diuerſitatis.cū qua infert ſententiā generalem d.q̄ omis q̄ ſe exaltat būliabit.et ecōuerſo.q̄ ſnia ē firmata coraz deo et ſcripta et publicata in mōo.q̄ omiſ q̄ ſe būliat corā oculis ꝓprijs.exaltabit coram oculis di et in ꝓſenti z in futuro. Et q̄ modicū būliatur modicū exaltat.z qui multū mltū et qui nihil nihil. Quia eni xp̄c ſe ſup omēs būliauit.ido ſup omēs ē exaltatus phi.ij. Semetipm exinanuit. Et ſequit. Propter qō deus exal.il.ꝛc. Et q̄ beata vgo poſt xp̄m ſup oēs humiliauit ſe.iō p⁹ criſtā ſup oēs exaltata fuit.lu.j. Quia re.būil.

an.ſue. Et quia obēs pt⁹ xp̄m ſup omēs ſe būliauit.ido a xp̄o ſup oēs ē exaltatus. et cōmēdatuſ. Et q̄ achab modicū ſe humiliauit.q̄ forinſecus ābulans dimiſſo capite indutus cilicio.iō deus pax ipſuz exaltauit dns vſqz ad mortē ſententiā dectōnis.iij.re.xxi. Nōne vidiſti achab būliatū corā me ꝓpter quod nō inducā malū in diebus eius. Et ecōuerſo de ſupbia.q̄ q̄ multū ſupbit multū deprimit.z qui modicū modicū. Quia nāqz lucifer mltū ſupbiuit multū fuit depreſſus cū tota comitiua ſua. Et ſimiliter primi pentes qui ſententiā grauiſſimaz in ſe z ſua poſteritate receperūt. Et q̄ nabu.min⁹ ſup biuit minus fuit depreſſus.ſ.ſeptē annis quibus ſtetit cū beſtijs.et poſtea reſtitut⁹ ē.vt ptz dan.iij. Qui āt iacz in imo nō ꝓt cadē. Et ſic patz totū de euāgelio.

De epla ſermo. LXXXVII.

Otum facio uobis euāgeliū q̄ō p̄dicauī vobis.j.coy.xv. Hec ē ps ſecūda toti⁹ p̄me epl̄e coy. In qua poſtq̄z egit d̄ donis ſpi.ſ.agit de reſurrectōe mortuoꝝ.z q̄ reſurrectō xp̄i ē cā nrē reſurrectōnis.q̄ vt d̄r infra.ſi xp̄s reſurrexit z noſ reſurgem⁹.iō ꝓbata xp̄i reſurrectōne ꝓbata erit et nrā. Et ideirco p̄mo i hac epiſtola ꝓbat xp̄i reſurrectōez.in qua q̄ttuor facit.q̄ eni āteq̄z xp̄s reſurgeret.reſurrectō mortuoy erat valde difficil'ad credendū.et apud multos q̄ſi impoſſibilis videbatur.ꝓpter qō p quodda dictū di exo.iij.xp̄s eā ꝓbauit dicēs. Ego ſum deus abraā deus yſaac deus iacob. Nō ē deus mortuoy ſed viuētiū. Ideo aplus in hac pte primo poit ꝓlogū in quo reddit auditores beniuolos z attētos ad pbatōem reſurrectōnis audiendū. In p̄n. epl̄e. Secūdo ipaz xp̄i reſurrectōem ꝓbat p ſcripturas que ſunt teſtimoniū ad cre

den dñi ibi. Tradidi enī vobis in primis. qđ ⁊ accepi q̄niā xp̄s mor. ē. Tercō idē p bat p testimoniuz multoꝝ qui viderunt xp̄m resuscitatum ⁊ p suū. q: etiaz paul⁹ ip̄m vidit. quoꝝ testimoniuz nullaten⁹ ē spernendū. ibi. et q: visus ē cephe. ⁊ post hoc vndeci. Quarto c ñdit q̄ suū testiō⁊ nuū est ydoneū ad credendū. ibi. Grā di sum id quod luz ⁊ grā eius in me vacua nō fuit. ¶ Primo ergo ponit quendaz plogum i quo reddit auditoꝛes benuo los ⁊ attētos di. Notū facio vobis frēs sez in fide ⁊ dilectiōe euāgelū. i. bonā ⁊ ve rā ⁊ salubrē nūciatōem.. Et nota q̄ euan gelū aliquādo sumit stricte. p: bis tan tū q̄ in q̄tuoꝛ euāgelistis ꝓtinētur. aliq̄n do euāgelū nūciatō appellat p quā pue tur ad regnū eternū ⁊ sic accipit hic. glo. sup illud marci. j. Initiū euāgelij. euāge⁊ liū est nūciatō p quā ꝓpꝛie ad regnuz ce⁊ loꝝ ⁊ ad remissionē pctōꝝ puenit. Di cit ergo Notū vobis facio euāgelū qđ p:edicaui vobis sez alias. qđ ⁊ accepistis .i. acceptastis. in quo ⁊ statis sez in ip̄o p⁊ seuerādo p grām fidei et dilectiōis dei. p quod et saluami. sez iam in spe et tandez saluandi in re. si tamē tenetis tanq̄z me⁊ moꝛes et attēti qua rōe p̄dicaueri vobis .i. quo fine. q: vt vos lucrarer xp̄o. ij. coꝛ. xij. Nō quero vestra sz vos. nisi frustra credidistis. q. d. nō tenuisse qūo p̄dicaui est frustra credidisse qđ ē magnū dānuz Haymo. Frustra credit qui ab ip̄a fide poltmodū recedit. Nota ergo q̄ in hac p̄ma pte ad duo monemur. sez ad audiē dum verbū dei. et ad obseruandū ⁊ tenē dum opus. Primo monemur ad audi endū euāgelū. i. bonā annūciatōem. id ē verbū dei. Et hoc ꝓpter q̄nqz bona que facit in audiēte. ¶ ¶ Primo illumi⁊ nat intellectū de credendis. de sperādis de amandis. de agendis. ⁊ de omib⁹ ne⁊ cessarijs ad salutē. actu. xx. Nō enī subē⁊ fugi quo min⁹ nunciarē vobis oē con⁊ siliū dei. p̄s. Lucerna pedib⁹ meis verbū tu. ⁊ lu. se. me ¶ Ecce docet recipere fidē que ē fundamētū oim bonoꝝ. ⁊ nihil est boi bonū sine ip̄a. ro. x. Ergo. fides ē ex auditu. auditus aūt p verbū dei. per quā aīa desponsat xp̄o. olee. ij. Ponsabo te mihi in fide. ¶ Tercō inflamat affectuz In p̄dicatōne enī mōstrat q̄ deus ē sum mū et pfectū bonū. omīa bona in se cōti nens. Omīa alia bona sunt bona falla⁊ cia ⁊ impfecta. ⁊ iō animus auditoꝝ acce⁊ ditur ad ip̄m sup omia diligendū q: bo nū nō mouet voluntatē nisi cognitū. cog tum aūt mouet. q: vt d. p̄bus. Bonū est quod oia appetūt. Hoc optime ptz act. x. vbi dr. q̄ loquēte petro cecidit spūssctūs sup omes qui audierūt verbū. ¶ Quar to monet ad pniaz. p̄dicatoꝛ enī ostēdit mala que peccatoꝛ p peccatū incurrit. q̄ sunt infinita. et bona que pdit q̄ silr sunt infinita. Ostēdit etiā q̄z vile ⁊ bestiale ⁊ piculosum ē in peccato manere q: si mo reret statī ad inferna descenderet. q̄ om⁊ nia ꝓliderās pctōꝛ nisi sit oīno bestia cō terit et redit ad pniam. actu. ij. His audi tis cōpuncti sunt coꝛde et dixerunt ad pe trū et reliquos aplos. Quid faciem⁹ fra tres. Et ait petrus. Penitētiaz agite. boc est ꝓtra multos qui dicūt. q̄re vado ad p dicatōez. ex quo nō facio qđ dr. Ego scio quid debeo facere. Talis errat q: frequē⁊ ter hō ꝓpungit in p̄dicatōe vt dictum ē. et venit malus ad p̄dicatōez ⁊ redit bo⁊ nus cū bono ꝓposito. ¶ Quito facit tē⁊ palia ꝓtemnere. In p̄dicatōe enī ostēdit q̄ omīa bona tpalia sez diuicie delicie et honoꝛes ꝛc. ducūt ad doloꝛosuz finē. q̄a vel hō dimittit ea p mortē. vel ip̄a dimit tūt eū p aduersam fortunā. ⁊ q̄ quicūq̄z ip̄a dimittit habebit bona eterna. qđ cō⁊ sideras hō sapiēs ꝓtemnit ⁊ relinqt ea. Sic apli audiētes xp̄m p̄dicare omnia

dereliquerũt. Matth.xix. Ecce nos reliq̃ mꝰ omnia et secuti sumꝰ te. Secũdo monemur ad tenendum et stãdũ p opus in sermone dei et hoc ꝓpter q̃ttuor. Primo q̃ nisi in sermone di nostri maneamꝰ omnia bona frustrãtur in nobis ꝛ gla dei ꝛ passio xp̃i et merita sãctorum et sacramẽta ecclie ꝛ dona ꝛ vtutes ꝛ bona nature ꝛ fortune ꝛ gcie. ac etiã bona que fecimꝰ et breuiter omnia sũt frustra et nõ includũt debitũ finẽ pmanẽte in ſmone dei. Ecclĩastes.ix. Qui offendit in vno multa bona pdet. Secũdo q̃ pmanẽtia in sermone di facit discipulum xp̃i qõ est magis q̃z esse cardinalẽ pape. Job.viij. Si manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Tercõ facit bominẽ liberũ. iob.viij. Si mãseritis in sermone meo ve.dis. mei eritis. ꝛ cognoscetis veritatẽ et vitas liberabit vos. Naz realis obseruantia eripit hoĩem de seruitute dyaboli et vicioz et transfert in libertatẽ glorie filioz dei. gal. iij. Itaq̃z nõ sumꝰ ancille filij ſz li. q̃ li xp̃s nos li. Qõd sic patet. Sicut di. phũs. Liber ẽ qui ẽ causa sui. Seruꝰ aũt ẽ qui ẽ causa alterꝰ qui nõ opatur sibi sed dño. Et ſm hunc modũ obseruãs sermonẽ dei ẽ liber. q̃ omnia bona que facit sunt sua. j. coz. iij. omnia vestra sunt vos aũt xp̃i. xp̃s aũt dei. Peccator aũt omĩa pdz. q̃ aimã auferet dyabolus. corpꝰ comedũt vermes. et bona ꝛpalia auferũt consanguinei. ꝛ sic est causa alterius. Quarto facit hoĩnem ĩmortalẽ. iob.viij. Si quis sermonẽ me. ser. mor. nõ gus. ineter. sed trã. de mor. ad vitã. Q̃ mors nature ꝙuertit in vitã gle Et iõ nõ dẽt dici q̃ moriat. ſz q̃ tũc icipit viuere. q̃ vt di. phũs q̃n introducit pfectior et nobilior forma et abijcit imꝑfctior talis nõ debet dici corrupto sed generatio. vt q̃n corpi bũano infundit aĩa rõnalis. q̃zuis aima sensitiua et vegetatiua corrũpãtur. tñ dz q̃ tũc hõ generat. Et sic ptz ꝓmũ. Secõ xp̃i resurrectõem prob̃at ꝑ scripturas dicẽs. Tradidi. n. vobis in ꝓmis. i. int ꝓma et maxima que vobis ꝓdicaui. hoc fuit vnũ scz q̃ xp̃s mortuus est ꝓ peccatis nris et sepultꝰ et tercia die resurrexit sicut scripture testant. Nã de eius morte. esa. et hier. testant apte. et silr daniel qui ait. ptꝰ lxx. ebdomadas occidetur. xp̃s. dan. ix. De sepultura dz esaie lvj. Dabit impios ꝓ sepultura ꝛ diuites ꝓ morte sua. In eodẽ. xj. Erit sepulcꝝ eius gloriosum. De resurrectõne vo dz osee. vj. Viuificabit nos post duos dies et in die tercia suscitabit nos. Et sic patz scõm. Tercio postq̃z ꝑbauit xp̃i resurrectõez ꝑ scripturas. ꝓbat eãdem ꝑ testimoniũ hoũm dicẽs. q̃ xp̃s ptꝰ resurrectõ nẽ visus ẽ cephe. i. petro. vt ptz luc. xxmj. et post hoc vndeci vt patet iob. xx. Deide visus ẽ plusq̃z q̃ngentis fratribꝰ simꝫ ex quibꝰ multi manẽt vsq̃z adhuc ꝓmpti si opꝰ ẽ ad testificandũ hoc. Quidaz dormierũt. i. mortui sũt. hoc ex euãgelio ostẽdi nõ põt. Deinde visus est iacobo. nec ptꝫ hoc oñdi ex euãgelio. Et dz hic iacobꝰ fuisse iacobus alphei qui fuit epus hierosolimitanus de q̃ di. Haymo. q̃ in pascue deuouit se nõ comesturũ donec videret xp̃m a mortuis rcsuscitatũ. Deide visus ẽ aplis õibus ꝛ hoc in die ascẽsionis vt ꝑz mar. xvj. et act. j. Et nota hic q̃ nõ facit mẽtionẽ de apparitõibꝰ que facte sunt mulieribꝰ. q̃ olim mulieres nõ recipiebãtur in testimoniũ. Nouissime aũt oĩm apl'oz visus ẽ ꝛ mihi vt ptz act. ix. Dixit ananias. Saluе frater dñs noster iesus xp̃s misit me qui apparuit tibi in via qua veniebas tanq̃m abortiuo. q. d. Bene dico nouissime quia abortiuus sum int apl'os. Vocat se abortiuuz quia quasi extra tempꝰ natus ẽ. ꝛ q̃ violenter natus et quasi coactus ꝙuersꝰ ad dñm.

vel quia minor aliis ꝓsideratõne status preteriti. Et hoc est quod subdit. Ego sũ minimus apostolorũ ꝯ tẽporis successiõnẽ qui non sum dignus vocari apls. qr persecutus sũ ecclesiã dei. Act. ix. Saul⁹ adhuc spi. mi. et cedin dis. do. ¶ Moraliter ex hoc secũdo et tercõ mẽbro ad nrãz edificatõnẽ tria recipere debẽ⁹. ¶ Primũ ẽ vt peccatũ summe caueamus ꝛ detestemur. quia pro ipo delendo mortu⁹ est filius dei. ro. mj. Traditus ẽ ꝓpter dlicta no. ꝛ resur. ꝓpter iu. Dicit de adã q̃ videns abel filiũ suũ mortuũ et ꝓsideraſ q̃ nisi peccasset nõ fuisset mortuus fleuit peccatũ suũ centũ annis. in quadã valle se tanq̃z in carcere recollocãs. quanto ergo magꝭ. debem⁹ abhorrere peccatũ. cuz filiꝰ dei sit pro ipo mortuus. Nos etiaz ex peccato quattuor mortes incurrimuſ Ẽ ¶ Prima ẽ vita amara qua in hac valle miserie viuim⁹. que morti equipat ecc. xxx. Melior est mors q̃z vita amara De qua dr Genes. ij. Quacunq̃z die comederis ex eo. morte morieris. i. amare viuere incipies. ¶ Scda est sepatõ gratie dei ab aia p culpã. ꝓpter quod omẽs nascimur filij ire. vt d. iob. ¶ Tercia ẽ sepatõ aie a corpe. ꝓpter quod omẽs morimur. ro. vj. Stipendia peccati mors. Quarta est sepatõ aie a deo ꝛ a vita btã oẽs istas quattuor mortes incurrim⁹ p peccatũ factũ p primos pentes. ꝛ iõ multũ debem⁹ timere peccare. qr si peccauerimus oẽs istas q̃ttuor mortes peiores sine cõpatõne sentiem⁹ ꝛ maxĩe quartã scz sepatõem aie a deo ꝛ vita beata. quia cũ hoc deputabimur supplicijs eternis. q̃m uis supplicũ eternũ principaliter ꝓsistat in sepatõne aie a deo. vt d. crisos. Quod supplicũ nõ incurrim⁹ ex primorũ parẽtũ peccato. sed ex ꝓprijs peccatis. quia q̃ solũ cũ peccato ꝓmorũ pentũ mortui sũt de tali sepatõe nullã penã habent ¶ Se

cundũ ẽ vt cũ xpo moriamur sepeliamur et resurgamus. ¶ F ¶ Primo debem⁹ mori cũ rpo in cruce pnĩe. Matt. xvj. Si q̃s vult post me venire abne. se. i. vitã carnalez. et tollat crucẽ suã. scz pnĩe ꝛ sequatur me. Sicut faciebat apls qui dicebat xpo cõfixus suz cruci. gal. ij. Et ite x. Ego enĩ stigmata dñi nostri ihesu xpi in corpe meo porto. gal. vj. Et ad hoc vt peitẽtia sit facilior debem⁹ de omib⁹ amaris ꝛ duris que xpus pro nobis sustinuit facere vnũ fascẽ et in corde nostro ponere Cãt. j. Fasciculus mirre dilectus meus mihi inter vbera mea ꝯmorabitur. Et tũc omnia amara huius vite dulcorant et oẽm passionẽ patiẽter ferem⁹. gre. Si passio dñi ad memoriã reuocetur. nihil ẽ adeo durũ qđ ñ equo aio toleretur. Qđ figuratũ fuit qñ filij israel veniẽtes i marath inuenerunt ibi aquas amaras. quas nõ potuerũt bibere. et dñs oñdit moysi lignũ quod mittẽs moyses in aquas stati dulcorate sunt. exo. xv. ¶ Secũdo debemus sepeliri cũ xpo. vt sicut anima chri sti ad inferos discendit corpore cũ tumulo remanente. ita et nos debemus ad infernum p animi cogitatõnẽ ire. esai. xxxviij. Ego dixi in di. diex me. vad. adportas inferi. Debem⁹ enĩ q̃tidie cogitare penarũ inferni acerbitatẽ. De qua dicit iob. xxmj. Ab aquis niuũ transeunt ad calorẽ nimiũ. ps. Ignis grando. nix gla. spũs ꝓcellarũ ps ca. co. Et penaruz inferni eternitatẽ. Matth. xxv. Ibunt hi i supplicium eternũ. Et iudicij vltimi horribilitatẽ. Hiero. Siue comedã. siue bibam siue aliud quid facio sempilla vox horribilis sonat in auribus meis. surgite mortui venite ad iudiciũ. ecc. vij. Memora. no. tu. et ineter. nõ pec ¶ Tercõ debem⁹ resurgere cum xpo. i. in nouitate vite grẽ ãbulare. Ro. vj. Quõ xpus resurrexit a mortuis per glorã patris ita et nos i no

uitate vite ãbulem.⁹ Sũt multi qui pt⁹ q̃z mortui fuerit in peccatis nũq̃z volũt resurgere. Prou.xxvj. Sicut ostiũ vtit in card.suo sic piger in lectulo suo.i.in cõ cupiscẽtia carnis sue. Cõtra q̃s aplus ad epbes.v. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illu.te xp̃s. Surgamus ergo in triduo cũ xp̃o.i.in vera ꝓtriciõe.pura ꝓfessione.ꝛ pfecta satisfactione. Surgã⁹ et inmortales cũ xp̃o.vt nõ ãpli⁹ pecca q̃ toꝛ morte pessima moriamur. Rom.vj. Christus resurgens a mortuis iã nõ mo rit.ẽ. Terciũ qđ debemus accipe vt re surrectõem nrãz probem⁹ sicut et xp̃s p bauit suã. Probauit aũt xp̃s resurrecti onẽ suã triplicit scz p ostensiõez vulneꝛ iob.xx. Ostẽdit eis latus et man⁹ Per palpatõez carnis.lu.xxiv.palpate et vi dete. Et pꝛmestionẽ faui mellis et partis piscis assi. Ibidez. Habetis bic aliqđ qđ manducet.at illi obtuleꝛũt ei partẽ piscis assi et fauũ mellis. Et Tria enĩ sunt signa q̃ quis vere surreꝛit a morte culpe et peccati. Primũ est oñsio vulneruz. .i.peccatoꝛ. Si enĩ peccata pure ꝛ clare ostẽderimus sacerdoti signũ ẽ q̃ vere re surreꝛerim⁹.j.iob.j. Si confiteamur pec cata nrã.fidelis ꝛ iust⁹ ẽ. vt remittat no bis peccata nostra.puer.xxvnj. Qui ab scõdit scelera sua nõ diriget. qui aũt ꝓfes sus fuerit et reliquerit ea miseꝛicordiam ꝓsequet. Secõm ẽ palpatõ carnis.q̃n do enĩ bomo pmittit se palpare a penis in carne sua et ab aduersis in filijs ꝛ ami cis suis.et ab aduersa foꝛtuna sua in re bus suis et non murmurat.signum est q̃ vere resurreꝛit. In oĩb⁹ istis tribus pmi sit se palpari iob et in omĩb⁹ nõ peccauit neq̃z stultũ quid contra deũ locutus est. iob.j. Sed qñ murmurat in aduerꝛis vt filij israel. qui statim vt defecit eis aqua murmurauerũt ꝓtra moysen dicentes. vtinã mortui essemus in egipto: signuz ẽ q̃ nõ resurreꝛit. Terciũ est comestio quia si comedit fauũ mellis.i.verbuz dei quod est cibus anime.math.mj. Nõ in solo pane viuit bomo.sed in omĩ verbo quod procedit ex oꝛe dei. Quod palato sano est sup mel dulce.p̃s. q̃m dul.fa.m. clo.tu.super mel oꝛi meo. Comedit etiaz piscẽ assum.i.xp̃m assatũ in ligno crucis scz in sacramento altaris et boc digne.si gnum ẽ q̃ vere resurreꝛit. Qui autẽ neu trũ digne comedit signum ẽ q̃ non resur reꝛit.q̃ nisi is qui ꝺ graui surgit infirmi tate confoꝛtetur cibo moꝛtur. Et nota bic de animali nõ ruminante. ꝺ quo nõ poterat fieri sacrificium deo.nec erat ci bus aptus populo dei.ꝛ significat q̃ iste qui verbũ dei non masticat sed deglutit. et coꝛpus xp̃i non dijudicat neq̃z discer nit ab alijs cibis non est de populo dei. nec potest deo sacrificare. Et sic patz ter ciuz. Quarto ostendit sui testimonij ydoneitatem.quia licet ratione status p̃ teriti suuz testimoniuz non esset efficaꝛ. tamen ratione status in quo tunc per g̃ tiam dei erat suum testimonium efficaꝛ erat ad credenduz.sicut et aliꝛum aplꝛ rũ quia per gratiã dei erat apostolus si cut et alij.et per eandẽ gratiaz multuz.p fecerat ecclesie.nec vacua in ipso manse rat. Et sic ptz totũ de epla.

Dñica.xij.de euãg.fmo. lxxxviii

Exiens iesus de finibus tyri venit p sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Isaꝛ.vij. Sicut dicit aplus ad ro.v.sicut ex vno bomine pec catuz et condemnatõ proceꝛsit in multos imo in omnes ꝓpter quod omnes nasci mur filij ire.multomagis ex vno bomie iesu xp̃o iustificatõ et salus in omẽs abũ dauit. Ex peccato aũt ꝑmoꝛtẽ parẽtuz g̃ tiam dei perdidimus. et penas multas

incurrimus.nã gratuitis fuimꝰ expolia
ti et in naturalibus vulnerati. Filiꝰ autẽ
dei veniens in mundũ grẽ dei nos resti-
tuit et naturalia nostra mẽbra sanauit ĩ
parte.tandẽ totũ corpus et aiam plena-
rie sanaturus. De hac ergo materia pre
sens euãgelũ tractat.nã in ipo quoddã
xpi miraculũ recitat qũo scz linguã ⁊ au
res cuiusdã sanauit surdi et muti. p que
peccatoris sanatõ designatur.que fit per
grẽ dei restitutõez. Circa quod miraclm
euãgelista tria facit. Primo antecedẽ
tia miraculũ describit et narrat In prin.
euã. Secõo ipm miraculũ a xpo factũ re-
citat et exarat.ibi. Et apprehẽdẽs eum de
turba seorsum misit digitos suos in auri
culas eius et expuẽs tetigit linguã eius
Tercio subsequẽtia miraculũ subnectit.
et notat.ibi. Et pcepit eis ne cui dicerent
Quãto aũt magis eis precipiebat:tãto-
magis plus predicabãt ⁊ eo amplius am
mirabant dicẽtes.bene oia fecit ¶ Circa
primũ tria ponuntur. Primũ ẽ aduẽtꝰ
saluatoris ad humanã miseriã.qz exi.de
fin.i.y.ẽc. Secũz ẽ adductõ peccatoris ad
diuinã clemẽtiã.qz addu.ei sur.⁊ mutum
Terciũ ẽ deprecatõ intercessorũ pro sani
tate recipienda.qz deprecabant illũ vt im-
ponat il.ma. ¶ Primo ergo ponit ad-
uentus saluatoris ad humanam miseri
am. nã filius dei videns humanã miseri-
am et seruitutem durissimã qua sub dya-
boli imperio omi famulatu viciorum im
fiunt. Ysal. Particeps sum ego omnū timentū te. ¶ Quinto ex pena ꝙ irrogāda que nō habenti caritatē infligunt. q; excōmunicat & ab omī bono sepat. Naz ꝑmo sepatur a deo. j. Coz. xvj. Si quis nō amat dominum iesum sit anatbema. glosa. i. sepatus. Secūdo sepat ab angel' & a sanctis. Tercō sepatur a merito passi onis xp̄i & omnū sanctoꝝ. Quarto sepatur a pticipatōne sacramentorū ecclesie Quinto sepatur ab omnib⁹ virtutibus & donis & gratia dei. Sexto sepatur ab ī dulgētijs & missis. & ab omī bono quod fit in ecclesia. cuius p caritatem pticeps erat. Septimo sepatur a bonis ppr̄ijs q̄ vnquā fecit & remanet nudus sicut ribaldus qui omīa plusit ¶ Sexto ex plonarum uberētia. nam cetere ỽtutes bonis & malis inesse possunt. caritas autem solum sanctis & filijs dei inest. Aug⁹. Caritas dei & ꝑprimi ppria & specialis virtus sanctoꝝ est atq; piorum. cum cetere ỽtutes bonis ac malis possint esse ꝯmunes hec enim sola diuidit & discernit inter filios regni & seculi. ¶ Septimo ex ppetuitatis ꝑmanentia. q; cum cetere virtutes excidant. caritas nūq̄z excidit. j. Coz. xiij. Nam post mortez aīma maxime diligit deum & seipam & ꝑximū. Ysoeta. Omīa ꝑtercunt ꝑter amare deum. Homo etiā habēs caritatē nunq̄z potest excidere nisi ꝑius caritatem amittat. Unde sicut ancbora tenet firmam nauez. ita caritas aī mam. ¶ Octauo ex remuneratōne premij. Nam ꝑm caritatē ꝑmiuz glorie mensuratur. & nō ꝑm aliaz virtutem. neq; ꝑm opez multitudinē. quod dominꝰ ostēdit cuz dixit q̄ illa vidua q̄ duo era minuta misit in gazophilacū plus omīb⁹ misit. lu. xxj. & hoc idō q; cū maiori amore & deuotōe misit. & ideo plus meruit Nec mirum q; deus solā caritatē habet caram & sola caritas habet deū caruz. Cuiꝰ signū est quia qui caritatē non habet ꝑ nibilo dat deum Aliquādo ꝑ vno denario. aliquādo ꝑ vno obulo. Sed qui est pfectꝰ in caritate potius vult mori. & omīa pdere q̄z a dei caritate separi. Ro. viij. Quis nos sepabit a caritate xp̄i. quasi di. nibil ¶ Nono ex ỽtutum informatōe. naz caritas omnes ỽtutes informat. & q; omīs actus seu operatō est a forma. unde est q̄ caritas omnes virtutes reducit īactum & facit operari. & actus omniuz virtutuz attribuunt caritati. j. Corin. xiij. Caritas pa. est be. om. cre. om. spe. ꝛc. Inde est etiā q̄ nullum opus alicuiꝰ virtutis sine caritate valet ad vitam vel potest vitā cōferre. j. Coz. xiij. Si lin. bo. lo. & an. ca. au. nō ba. fa. suz velut es. so. ꝛc. ¶ Decimo ex fortis vinculi colligatōe. nam caritas est vinculum fortissimuz. quo solus deꝰ ligari potuit. Hugo de sancto vi. O caritas q̄z magnum est vinculū tuum quo etiam deus ligari potuit. & si contra deū fortis fuisti. multomagis cōtra homīes ꝑualebis. Hoc vinculum traxit deuz ad terram. & recluſit eum in vtero virginali nullum vinculuz potuisset eum ad colligare. nisi boc. nulluz ferruz in cruce eum tenuisset nisi caritas affuisset. Caritas etiam homīs tenet deum. Unde angelus ex parte dei dixit loth caritatē babenti. Festina & saluare ibi quia nō potero facere quidq̄z donec ingrediaris illuc Gene. xix. Et moysi dixit deus. Dimitte me vt irascatur furoz meus cōtra eos Exo. xxxij. ¶ Undecimo ex homīs trāsformatōe. Nam caritas transformat homines in deum. Ysal. Ego dixi dij estis & filij excelsi omēs sez ꝑ caritatem. Subleuat etiā homīes a terrenis & ad celum transfert. Est enim ignis subtilians crassa & omnez terrestreitatez ꝑsumēs Ezec. viij. Eleuauit me spūs inter celū & terrā. Spiritus amoz dei est. Quod figuratū

est in helya quē currus igneus subleua/uit ⁊ in paradisum transuexit. mj. Regū. ij Currus igne⁹ habēs duas rotas. ē amor dei ⁊ proximi. ¶ Duodecimo ex nobili ai me vestitōe. Est enim caritas vestis nu/ptialis ⁊ regalis que facit hoiem dignū nuptijs regis eterni. ⁊ q̄cunq; ea carz re/pellit tāq; indignus. Mathe. xxij. Amice quo. huc in. nō ha. ve. nu. Hec vestis est nobilissima. q̄ non de pilis animalium est facta. nec de visceribus v̄mium. sz de visceribus ihesu xp̄i. Hec ē tunica incon/sutilis ꝓpter quā xp̄c potius voluit scin/di ⁊ pforari q̄z ipa scinderet. Hec est tūi/ca polimita quaz iacob fecit ioseph filio suo. i. deus pater filio suo. quam frēs sui tinxerunt in sanguine. q̄ ꝓptez caritatez corpus xp̄i sanguine aspersuz fuit. Esaie lxij. Quare rubrum est vestimentū tuuz Hec est vestis regalis quā xp̄c omi xp̄ia no donat in baptismo qua solum filij re gis eterni vtunt sez soli veri christiani.

¶ Tredecimo ex suaui eius delinitōne. Nam caritas grauia facit leuia ⁊ aspe/ra suauia. Aug⁹ Omīa seua ⁊ immania prorsus suauia ⁊ ꝓpe nulla facit amor. Mathe. xj. Jugum enim meū suaue est et onus meū leue. s. amanti. alijz autem est ita graue q̄ ipm nesciūt baulare. q̄ bo/ne norunt q̄ caritatem nō habēt. Exem/plum huius ptz in iacob qui seruiuit pro rachel. xmj. annis. ⁊ videbant̄ ei pauci di es p̄ amoris magnitudine. Genes. xxix. Hoc etiam in amatorib⁹ mūdi apparet. q̄ p amore carnali mirabilia sustinēt. et omīa eis leuia vident. Vere ergo possu/mus dicere illud sap̄. vij. Venerūt mihi omīa bona pter cum illo. Et sic ptz secū dum. ¶ Tercō ponit̄ eiusdez legispiti q̄/dam alia questio ex p̄oribus extorta et eiusdem explanatio. Et hoc est. Ille aūt volens iustificare seip̄m id ē iustū osten/dere putās se ante hominez ⁊ nō ātē deū stare dixit ad ihesuz. Et quis est me⁹ ꝓxi/mus. Suspiciēs aūt ihes⁹ ⁊c. Hic poit̄ xp̄i respōsio ⁊ p exemplum explanatō. Ubi p q̄ndaz similitudinē ostēdit oēz hoiez eē ꝓxi/muz ac etiā inimicū. p̄sumi. n. pōt q̄ ille q̄ dēscēdebat ab hierlim in hiericho fuerit hie rosolomita. ⁊ p ꝓsequēs iude⁹ cuius ille samaritan⁹ q̄ erat inimic⁹ gētis iudeorū curā egit. ptrāseuntib⁹ leuita ⁊ sacerdote gētis sue. q̄ dict⁹ ē fuisse ꝓxim⁹ illi q̄ inci/dit in latrones. Suspiciēs ergo ihes⁹ in ce luz vt alios attētos ad audiēdum redde ret. ⁊ vt ostēderet q̄ oīs sapīa ⁊ doctrina de sursū a deo ē ait. Hō q̄dā de. ab. hie. in hie. ⁊c. Ira plana est ⁊ historia. Nam iter hierlim ⁊ hierico est q̄dam desertū oliz a latronibus frequētatū. Hierlim autez in monte sita est. ⁊ hierico in campestri/bus ita q̄ vadēs de hierusalē in hierico descendit. In hoc desertuz duct⁹ est ihes⁹ vt temptaret̄ a dyabolo ¶ Mistice aūt in ista similitudīe tria describunt̄. Prio describit̄ lapsus p̄mi p̄entis ⁊ totius ge/neris humani in illo. Et hoc est. Homo q̄dam. Secūdo ostēdit̄ defect⁹ legis et sa crificioz ve. te. ad liberatōz ip̄ius ibi. Ac cidit aūt vt q̄dam sacerdos. Tercō repa/tio ip̄ius p filiū dei facta insinuat̄ ibi. Sa maritan⁹ aūt ⁊c. Hō iste adā est ⁊ totū ge/nus humanū in eo. q̄ peccādo descendit ab hierlim. i. a paradiso terrestri ⁊ statu pa/cis ⁊ visiōis dei. q̄ ātēq̄z peccatū faceret oīa aderāt ei in pace. ⁊ pace pectoris ⁊ tē poris ⁊ oīm creaturaz potiebat̄. Hierlim ei visio pacis inter̄pat̄. Recedēdo ergo ab hierusalē descēdit in hierico. i. in defect⁹ multiplices et miserias humane nature et mundi quos quotidie experimur. Et ideo dicit descendebat quod est verbuz preteriti impfecti temporis ⁊ signat cōti nuatōnem p̄teriti ad p̄sens. Hierico āt luna inter̄patur. ⁊ significat mutabilita tem humane nature et mūdi. Qui icidit

in latrones.i.in demoniū poteſtates qa ab eis deuictus eſt.ij. ℣De.ij. ℟A quo enim qs ſupatus eſt huius ⁊ ſeruus ē. Qui etiam deſpoliauerunt eum.ſ.gtuitis donis nam hō peccando pdidit gtiam dei. vbi nota ꝓmum hominē ⁊ nos in illo triplicit̄er ſpoliatū ſm triplex veſtimentum qō p peccatū amiſit ſcz innocētie immortalitatis et gtie vel vtutis. ℣Job.xix. Spoliauit me gl̄a mea. quo ad ꝓmum. abſtulit coronam de capite meo. quo ad ſcōm. deſtruxit me vndiqz ⁊ peo. quo ad terciū. Et plagis ꝯpoſitus.q; vulneraverunt eum in naturalib⁹. ¶ Omia enī naturalia et potentias aīme ⁊ mēbra corpis vulnerata habem⁹ ⁊ ad malū naturaliter inclinamur. ℣Gen.vnj. Sensus enim ⁊ cogitatō humani cordis prona ſunt in malum ab adoleſcentia ſua. Quod ante peccatum nō erat. imo naturaliter inclinabat ad bonum ſicut modo ad malum ⁊ plus. Vbi nota q; homo in naturalib⁹ eſt triplicit̄er vulneratus ſm tres vires aīme naturales Vis enī ratōnalis ē p veri ignorantiam vulnerata. ℞cupiſcibil'p malicia ſiue cōcupiſcentia mali. irascibilis p impotētia boni. ⁊ ſic remāſit ei noſſe obtenebratum. velle maculatū. poſſe ōbilitatū. Hec ſunt ille tres lancee quas in cord̄ abſolō ioab id eſt dyabol⁹ infixit. Et ſic abierūt ſemiuiuo relicto. i. vita nature tantū relicta ⁊ illa diminuta ⁊ penoſa Et ideo talis vita eſt quaſi mors ⁊ taliter viuere ē q̄ mori Vnde cātamus. ℣Media vita in morte ſumuſ. Vitā autē gratie q̄ē vera vita abſtulerunt. Et attende q; abire dicunt nō ceſſādo a tēptatōnibus ſed inſidias occultando ℣Nam ꝓmum hominem in forma aſſumpta ſcz ſerpētis viſibiliter tēptauerunt. noſ autē inviſibiliter temptāt. ⁊ inſidias inviſibiles parāt. ℟Accidit aūt vt ſacerdos ꝛc. Hic notat defect⁹ ſacrificiorū i ſacerdote ⁊ legiſi leuita ad curatōz caſ⁹ hūani q; neqz aarō ſacerdos cū oībus ſacrificijs. neqz moyſes leuita frater ei⁹ cū lege potuerūt hoīem curare. ſed ſolū oſtē derāt vuln⁹. Et hoc ē qō dī. q; viſo illo p̄terijt. imo magis p trāſgreſſionē erupauerunt. ℣Romanoꝝ. qnto. Lex ſubintrauit vt abundaret delictum. Dicit autem p̄terijt quia lex venit ⁊ ſtetit vſqz ad tempus p̄fixum. deinde nō valēs curare abijt ſcz in aduentu filij dei. ℣Ro.vnj. Nam qō impoſſibile erat legi in q̄ infirmabat in carne. deus filiū ſuū mittēs in ſimilitudinem carnis peccati. ⁊ de peccato damnauit peccatum in carne. Vide etiā q; lex nō ad hoc data eſt p̄cogitative vt hoīem curaret. Et ideo dicit accidit. quod ꝓſueuimus dicere in his que nō p̄meditatē fiunt. vt dicit theophilus. ℣Nec īmerito ſacerdos ⁊ leuita nō potuerūt ſauciatum ſanare. cū ipi eſſent eodē mō ⁊ eodē vulnere vulnerati. Et iō neceſſe habebant ſicut p populo ita ⁊ p ſe hoſtias offerre. hebre.ix. Et hoc ē quod hic dicit. deſcendit eadē via. oportebat eni carere vulnere q; poſſit humanū genus ſauciatū curare. ⁊ iō ſequit. ℣Samaritan⁹ aūt q̄dam ꝛc Hic oſtēdit repatō būana facta p filium dei. q; ſamaritan⁹ q̄dā. i. xp̄c q; ſingularis ⁊ ſolus inventus eſt ad genus humanū liberandum. ℣Apoca. qnto. Et ego flebā multum. quia nō eſt inuētus. neqz i celo neqz in terra. neqz ſubtus terrā. qui aperiret librum ⁊ ſolueret ſignacula eius. Et ideo dicit quidam ſamaritanus. Samaritanus autem cuſtos interp̄tatur qui christus eſt. de quo ꝓpheta. ℣Niſi dom. cuſtodierit ciuitatem ꝛc. Dicit autem iter faciens q̄ſi ex ꝓpoſito veniens vt nos curaret. Venit autē in ſimilitudine carnis peccati. ⁊ ideo ſecuſ eum venit. quia in ſimilitudine Veniens autem factus eſt compaſſionis noſtre ſuſceptōne finitimus et miſericordie collatione vicinus. Unde ſequitur.

Et videns eum misericordia motus est. Aug⁹. Videns q̄dem eum iacentē non volentē.non currētem. ⁊ ideo misericordia motus est.q⁹ in eo nullū meritū inuenit quo curari dignus esset.sed ipe ō peccato dānauit peccatū i carne. Unō sequit̄ appropians alligauit vulnera eius īfundens oleum ⁊ vinū. Aug⁹. Et quid ē taz longinquū.quid est tam remotū. q̄z deo ab hoībus.īmortalis a mortalib⁹. iustus a peccatorib⁹.nō loco est longe sed dissimilitudine. ⁊ ideo appropiauit. Cuz enim haberet in se duo bona salicz iustitiam ⁊ īmortalitatem.⁊ nos duo mala .s. iniq̄tatem ⁊ mortalitatez.si vtrunq̄z malum nostruz suscepisset parū nobis profuisset ⁊ liberatore nobiscū opus haberz vt ergo hoc nō esset quod nos sed prope nos.nō est factus ille peccator sicut nos. sed factus est ille mortalis sicut nos.suscipiendo penam ⁊ nō culpaz. vt ⁊ culpā deleret ⁊ penam. Alligatō aūt vulnerū est cohibitō peccatoz que p vinū ⁊ oleū ꝓpescuit. nam in vino mordente vuln⁹ austeritas p̄ceptoz significatur. sicut in oleo misericordia ⁊ remissio pcti. Greg. In vino morsum discretōis adhibet. in oleo mollicie pietatis ¶ Der vinū mūdentur putrida.p oleū sananda foueantur. ¶ Discenda est ergo lenitas cū seueritate ⁊ faciendū est q̄dam ex vtroq̄z tēpamentū.vt neq̄z mīta austeritate exulcerētur subditi neq̄z nimia benignitate soluantur. ¶ Hoc figuratū est in eo q⁹ domin⁹ mādauit sumt̄ reponi in arca māna ⁊ vgam In māna dulcedo.in vga austeritas designat. Crisp. Uel vinū īfundit.i. sanguez passiōis ⁊ oleuz chrismatis. vt īdulgētia daret̄ p sanguinem ⁊ sanctificatio cōferret̄ p chrismatis vnctōz. Infuso itaq̄z vino et oleo imposuit eū sup iumētuz. Aug. Iumētuz ei⁹ ē caro.i qua ad nos venire dignatus est. Imponi iumēto est in ipam incarnatōnem cristi credere p cui⁹ fidez sanamur. Ambrosius. Uel iumēto īponit duz peccata nrā portat ⁊ p nobis dolet.j. ¶ De.ij. Qui peccata nrā ptulit i corpu.sup lignum. Theophilus. Uel impositus in iumētuz suū.i.in corp⁹ suū.mēbra sua nāq̄z nos fecit ⁊ participes corporis eius. Sequit̄. Et duxit eū in stabulū.i.in eccl̄am. Crisp. Est enī stabulū eccl̄a q̄ īnnere b⁹ mōi lassatos ⁊ sarcinis delictoz depssos suscipit venientes. vbi deposito onere peccatoz viatoz lass⁹ reficit̄ ⁊ refect⁹ salubri pascue repat̄. Et hoc est qō dr Et curā illi⁹ egit. Totū.n.q̄dq̄ ꝓrium ⁊ nocēs ⁊ malū est foris ē.q⁹ extra stabulu reqes oīs ⁊ salubritas īclusa ē. Am. Dz nō vacabat huic samaritano diu in terris tegere.redeundū.n.erat vnō descēderat. Unō sequit̄ Et alt̄a die ptulit duos denarios ⁊ dedit stabulario ⁊ ait. Curā illi⁹ habe. Quis ē iste alter dies nisi iste dnice resurrectōis de q̄ dictū ē. Hec ē dies quā fecit do. Duo aūt denarij sūt duo testameta.q̄ imaginē in se habēt regis et ni exp̄ssam.q̄z p̄cio vulnera nrā curant. q̄ data sunt stabulario.i.eccl̄e p̄latis ⁊ doctorib⁹ vt ipis pp̄lin pascant. Aug⁹. Uel duo denarij sunt duo p̄cepta caritatis.q̄ p spūmsanctū acceperūt apostoli ad euāgelizādum ceteris.vel pmissio vite p̄sentis ⁊ future. Sed quia multi p̄lati obseruant non solum p̄cepta sed etiā cōsilia ad que non tenent̄.ideo subdit. Et q̄cūq̄z superogaueris ego cum rediero reddam tibi.id est cum retribuam singulorz mercedes. His ergo p̄missis dom⁹ legisperitum interrogat subdēs. Quis horum videtur tibi proximus esse illi qui incidit in latrones. At ille dixit. Qui fecit misericordiā in illum. Neq̄z enim sacerdos. neq̄z leuita factus fuit proxim⁹ patientis .sed ille qui eius misertus est Inutilis enim est sacerdotij dignitas .

et legis sciẽtia nisi p bona opera ꝓfirmeẽ Et ideo sequit̃. Et ait hiesus. Vade et tu fac simili. Crisꝰ. Q.d. Si quem vides op pressum nõ dicas vtiqz neqz est. sed siue sit gentilis. siue sit iudeus. ⁊ ope ĩdigeat nõ cauilleris. ius habet auxiliꝝ quicunqz mala fuerit passus. Augꝰ. Ex hoc intelligimꝰ illum esse primũ cui vl exhibendũ est officiũ misericordie vel exhibendum esset si indigeret. Ex quo iam cõsequens est vt etiam ille a quo nobis viciſſiz hoc exhibendum est. primus noster est. primi enim nomen ad aliquid aliud est. nec quisquã dicit esse primus nisi primo. patet nullum exceptũ esse cui misericordie deneget officiũ. Quis nõ videat dicente domio. Benefacite his qui oderũt vos. Ambro. Nõ cognatõ facit primum sed misericordia. Et sic patet mistica expositõ ¶ Et ¶ Moraliter aũt ad edificatõez nostraz exponit̃ de peccatore. Nã iste sauciatus figurã peccatoris tenet ppt̃ septem mala q̃ ei p peccatũ mortale euenũt que in hoc sauciato ꝺsignãt ¶ Primũ ẽ descensus vel potius dejectõ scz nature. cõdicõis. ⁊ loci. Hãc triplicẽ dejectõem peccatoꝝ patit̃ ⁊ ppter peccatũ. Nã trãsfiguratur in bestiã. vt di. boe. ij. de con. psa. v. sic ingens. Hũane q̃ppe nature ista ꝓditio est vt tũc tantũ ceteris rebꝰ cum se cognoscit excellat. eadẽ tamẽ infra bestias redigat̃ si se nosse desierit. nã ceteris animãtibꝰ sese ignorare natura ẽ. hoĩbus vicio venit. Condicõ eius pessima ẽ ⁊ regioni vmbre mortis deputat̃. Hec oĩa patẽt in ꝑmis pentibus q̃bus peccãtibus natura coꝝ bona facta est mala. ⁊ senserũt se nudos. i. rebellionẽ in carne. Et ꝓdicõ coꝝ optima facta est mala vt q̃a nullo poterãt pati ab omĩbus paterent̃. ⁊ proiecti sunt de paradiso in hãc vallez miserie Hiere. ij. Vide q̃z malũ ⁊ amarũ est dereliquisse te dominũ deũ tuũ. Hoc deno tatur ibi. Descẽdebat. ¶ Secunduz est amissio pacis pectoris tempis ⁊ eternitatis. Peccatoꝝ enim in seipo habet bellũ quia cõscientia remordet. Job. ix. Quis resistit ei ⁊ pacem habuit. Cũ primo quẽ nõ diligit pacem habere nõ potest. Prouerbio. xvij. Inter supbos semper iurgia sunt. Pace eternitatis similit̃ priuatus est. Esa. lvij. Nõ est pax impijs dicit dominus Hoc notat̃ ibi. ab hierusalez que interꝑtatur visio pacis. ¶ Tercium est mutatõ scz libertatis. dignitatis ⁊ pĩguitatis. Nam qui erat liber fit seruus peccati. Johã. viij. Qui facit peccatũ seruus est peccati. Qui erat filius regis eterni. fit filius dyaboli. Johã. viij. Vos ex patre dyabolo estis. Qui erat diues id est pinguis vtpote particeps meriti christi ⁊ omniuz bonoꝝ que fiunt in ecclesia. fit omnino pauper cum nihil habẽs. Prouer. xvij. Est q̃si diues cum nihil habeat. ⁊ est quasi pauper cum in multis diuitijs sit. Hoc notatur ibi. in hiericho. quod interꝑtat̃ luna que semp mutat̃ ¶ Quartum est incursio maloꝝ scz culpe. pene et neqcie demonũ. Nã malũ culpe incurrit ꝓtẽnendo diuinã maiestatẽ. malũ penẽ incurrit cũ mortẽ aĩme ⁊ corpis q̃ est finis oĩm maloꝝ subeat ꝓdemnatus. Bap. ij. Morte ꝑpessima ꝓdẽnemꝰ eũ. Malũ neqcie dmonũ incurrit cũ ab eis neqt̃ tractatur. ⁊ eoꝝ ptãti subdit̃. Hoc notat̃ ibi Incidit in la. ¶ Quintũ ẽ expoliatõ innocẽtie gtie ⁊ vtutũ ⁊ oĩm bonoꝝ suoꝝ. Nam homo p peccatũ veste ĩnocẽtie exuit̃ quã ĩbaptismo iduit. gtia dei ⁊ oĩbꝰ vtutibꝰ puatur ⁊ omĩa bona sua auferunt̃ ab eo Matth. xxv. Ei aut̃ q̃ nõ habz ⁊ qd̃ habet auferet. ab eo. Hoc notat̃ ibi. Despoliauerunt eũ. Sextũ ẽ vulneratõ. ĩtellectꝰ uolũtatis ⁊ mẽoie ac oĩm potẽtiaꝝ aĩe. nã ĩfallacijs occupat̃ trãsitoria bõa diligit. ⁊ maloꝝ recordat̃. hoc notat̃ ibi. plagis ĩ.

¶ Septimū est pstratō. q; semiuiuus iacebat in terra. Jacet peccator quasi mortuus in terra. q; non sentit mala que īcurrit ⁊ bona que pdidit. non sumit alimentum anime ⁊ nō recipit medicinas sacramentorū ecclē. Hec enim tria sunt signa homis quasi mortui. s. nō sentire. nō comedere cibo. ⁊ non recipe medicinas. Et sic patz totū de euāgelio.

De epla Sermo XCI.

Abrahe dicte sunt pmissiones ⁊ semini eius. Gal. nj. Sup; apostol; pbauit p scripturas q; hereditas etna nō dat ex lege sz ex libera pmissiōe di. q; gratis eā repmisit abrae fore dādā in semine sua. Hoc idez supra īmediate pbauit p ꝓsuetudinē humanā q; ī testamētis fuat q; est. ¶ D; testamētū testib; ⁊ instrumento ⁊ morte testatoris firmatū nemo spnit aut alit ordinat q3 testator ordinauit. sed ordinatō testatoris habet rata ⁊ firma. Hāc ergo ꝓsuetudinē in epla hodierna applicat ad ppositū ⁊ p3 eā disputat. ⁊ p ea3 pbat q; hereditas etna dat ex libera pmissione dei ⁊ nō ex lege. ¶ In qua epla q̄ttuor facit. ¶ Primo supradictā cōsuetudinē hūanā ad suū ppositum aptat. s. q; ex pmissiōe di quā de; gtis fecit abrahe. ⁊ nō ex lege moysi dat etna hereditas. ¶ In pncipio eple Ecce ostēdit talē pmissionem esse ꝓfirmatā a deo. ⁊ pbat q; lex nō est aduersus talē pmissionē. nec eam euacuat ibi. Hoc āt dico testamētū ꝓfirmatū a deo. Tercō mouet q̄ndam q̄stionē ⁊ soluēdo ptractat ibi. Quid ergo lex propter transgressionem posita ē. Quarto mouet q̄ndam aliā q̄stionē ⁊ soluēdo errorē inde elimīat ibi. Lex ergo aduersus pmissa dei. absit. ¶ Prīo ergo adaptat p̄dictā ꝓsuetudinē hūanā ad suum ppositum di. Abrae dicte sunt pmissiones. q̄si di. Si humanū testamētū p testes roboratū manz ⁊ est stabile. multomagis pmissio dei q; mētiri non pōt. Sz abrae dicte sunt pmissiones a deo ⁊ semini eius. id ē pmissum ē abrae q; in illo ⁊ p illū q; de semine eius nasciturꝰ erat. omēs gētes debebāt benedictōez. gratie ⁊ glorie hereditare. Et hoc ē quod sequit. ¶ Nō dicit ī semībus q̄si in multis vt p multos debeat esse talis benedictō. sz quasi in vno. i. p vnū q; est xp̄c. talis benedictō debz gētibꝰ pro uenire. Et fit hic relatō ad rē suppositam in termīo semis. ⁊ nō ad sig̃ficatū. Et nota q; dicit pmissiones q; hoc pluries sibi deꝰ repmisit. vtz gen. xvj. xvij. ⁊. xvnj. Et sic patz pmū. ¶ Ecce ostēdit talē pmissionē eē ꝓfirmatā a deo. ⁊ pbat q; lex postea data moysi nō est aduersus talez pmissionem nec eam euacuat. ¶ Dicit ergo Hoc autē sz quod dictum ē supra q; solum in vno semīe abrae. i. xp̄o benedictō erat futura. dico. i. vacit affirmo testamētum ꝓfirmatū a deo eē eo modo quo deus potuit cōfirmare. q; iurādo p seipsuz cum nō haberz maiorē p quem iuraret. ¶ Hebre. sexto. Abrae promittens deus q; neminem habuit maiorez p quem iuraret. iurauit per semetipm. Genes. vicesimo secūdo. ¶ Per memetipm iurauī dicit dominꝰ. quia fecisti rem hanc ꝛc. benedicentur in semīe tuo omnes terre q; obedisti voci mee. Item confirmauit replicando promissionez. Facta est enī abrae repromissio in ysaac iterata ⁊ īiacob repetita. vt sic possent esse testes promissionis diuine. quia in ore duorum vel trium stat omne verbum ꝛc. ¶ Postq̄m probauit talem promissionem esse confirmatam a deo statim probat q; lex non est aduersus talem pmissionem nec eā euacuat. ⁊ ponit ad hoc duas ratōnes. quarum prima sumitur ex tempore datōnis legis. secūda ex ratōne ⁊ cā pmissiōis ibi

Nam ⁊ si ex lege hereditas. Dicit ergo. Si sic ꝓfirmatū est a deo ⁊ ob hoc nō facit ipm irritū lex ad euacuandā pmissionez. i. ita ꝙ pmissionē euacuet. q. d. qz illa facta est post q̄dringētos ⁊ xxx. ānos. supple a pmissione facta abrae. a natiuitate enī ysaac fluxerūt q̄dringēti anni. Et est ratō talis. Abrae facta est pmissio quā credens iustificat⁹ est vt dr ro. mj. Ergo cuz lex tot annis fuerit p⁹ pmissionē. nō potuit iustificare abraā vt fieret pmissio propter ipam. lex ergo p⁹ ea data non iustificauit abraā nec in ipa nec p ipaz accepit ⁊ meruit repmissionē. Ecda ratō est talis ad idē pbandū. Lex nō potuit irritare dictū testamētū cū fuerit tanto tpe subsecuta. qō si dicat imo ex lege est grā in psenti ⁊ eterna hereditas in futuro. hoc nō ē verū. Nā si ex lege hereditas eterna. ⁊ gratia in psenti habēda est. ergo nō ex repromissione. cū enī abraaz nō fuerit sub lege sed ante legē sequit ꝙ sit frustra⁹ pmissione. qz ex pmissione tantuz habere debebat. Et hoc ē qō subdit. Abrae aūt p repmissionē donauit de⁹. ⁊ nō p legē. donauit inquā ⁊ grām in psenti ⁊ etnam hereditatez in futuro. Ro. mj. Nō enim ex lege pmissio abrae ⁊ semi ei⁹ vt heres essz mūdi. In q̄ ostendit ꝙ non dat eterna hereditas ex sufficiētia meritoꝝ. sz magis ex liberalitate datoris eā pmittentis. Et sic patet scdm. Tercō mouet quādā q̄stionem q̄ talis ē. Si lex nō iustificat nō cōfert hereditatē eternā. qd ergo ē lex. i. ad quid data ē lex ⁊ que ē eius vtilitas. Et respōdet statim dicēs. ꝓpter trāsgressiones posita ē sz repmendas ⁊ coercēdas. Lex ei dicit a ligādo. vt ligaret freneticā naturam que ad omīa vicia prona erat Gene. vnj. Prona sunt sensus homis in malū ab adolescētia sua. Vl' ꝓpter trāsgressiones ꝙuertēdas. vt homo q̄ d̄ suis meritis ꝙfidebat accipet p̄cepta in q̄bus apte deficeret ⁊ sic quereret saluatorē. Et etiā ꝓpter trāsgressiones multiplicādas occasionaliter vt sic videntes manifeste ꝙ multiplicarent peccata clamarēt p saluatore habēdo ꝓpter hoc eni data ē lex dura tura nō sp sz donec veniret. i. in carne appareret semē scz abrae cui repmiserat dom⁹. ꝙ p ipm esset benedictio. Dicit aūt xp̄c semē qz p ipm ē radix ⁊ origo oīs boni. Esa. vj. Semē sanctū erit id quod steterit in ea scz in maria. Si ergo tantū debebat durare lex que fuit p angl'os ordinata tanq̄z p ministros ⁊ fuit data eorum ministerio patz ꝙ ē tempalis. vel p angelos vt dicit glo. i. p moysen et alios ministros dei q̄ angeli dicunt. Malac. ij. Labia sacerdotis cus. sciam ⁊ le. requi. de ore eius. qz angel⁹ dom̄i exercituuz ē. Ordinata dico in manu mediatoris. i. in potestate xp̄i vt q̄zdiu vellet starz lex. vn de nō erat stabilita simplicit. Math. vj Dom⁹ ē fili⁹ homis etiā sabbati. Deutero. xxxnj. In dextra ei⁹ ignea lex. Iste ergo mediator xp̄c est. q̄ est de⁹ ⁊ hō. ideo nō ē vni⁹ nature. sz duas naturas habuit in se scz diuinā ⁊ humanā. ⁊ hoc valde ꝙuenient qz ipe debebat inē deū ⁊ hoiez mediare. iō cū vtroqz debuit ꝙuenientā hrē. Aug⁹. Mediatorē inē deū ⁊ hoiem optet aliq̄d hr̄e sil'e deo. ⁊ aliq̄d sil'e homibus ne in vtroqz sil'e homibus longe fieret a deo. aut in vtroqz sil'e deo longe fieret ab homibus. De⁹ aūt vn⁹ ē. i. q̄zuis mediator iste sit de⁹ et hō ē tamē vn⁹ de⁹ ⁊ nō sunt pl'es dij. Iste ergo mediator facit pacē inē deū ⁊ homiez ⁊ inē diuersos pl'os sil'. reducēs eos ad vnam fidē ⁊ ad vnā eccl'az ⁊ ad vnā legē euāgelij. q̄ate diuersas leges habebāt. nā gētiles hēbant legē natē ⁊ iudei legē moysi. Lex aūt euāgelij ꝙtinet decalogū moysi ⁊ legez natē ⁊ vtriqz multa supaddit et mlta resecat nam a lege moysi resecat cerimonialia.

a lege autē gentiliū supstitiōes de cultu ⁊ latria deoꝝ ⁊ veneratōe creaturaꝝ. Sic ergo mediatoꝛ iste omīa reduxit ad con/cordiaꝫ. Ephe.ij. Ipe enī est paꝛ nostra q̄ fecit vtraqꝫ vnū. Et nota hic quomō de/bemus eū reuereri ⁊ honoꝛare cū ipe sit rex noster ⁊ legifer noster. ⁊ iudex noster omībus his ꝙsueuerūt hoīes magnā re uerentiā exhibere. Nota etiā hic de sara cenis q̄ntā reuerentiaꝫ faciūt machame to q̄ dedit eis legē ⁊ iudei moisi. ⁊ miseri xp̄iani nō diligūt regē eoꝝ. nō honoꝛant legifeꝝ suū. nō timēt iudicē suū. nō remu nerāt aduocatū suū ⁊ nō recognoscūt be neficiū mediatoꝛis sui. Et sic ptz terciuum

¶ Quaꝛto mouet quādaꝫ aliaꝫ q̄stionē dicēs. Lex ergo aduersus ꝓmissa dei. q̄si diceret. debebat dari benedictō ⁊ gratia q̄ ꝓmissa erat in semīe abꝛae ꝑ quā iusti/ficatio peccatoꝛis fieret ⁊ data est lex trās gressionum multiplicatia ⁊ maledictōꝫ ⁊ iram dei nō obseruantib⁹ inducens c⁹ obseruatoꝛes nō inueniebant ergo vide tur q̄ lex sit data ꝙtra id quod de⁹ ꝓmi/sit abꝛae. Sed ipe soluit dicēs. Absit sez q̄ hoc sit verū. imo lex est oꝛdinata i pro missionem. quod ꝓbat. qꝛ si lex data esset que iustificaret vel viuificaret. nūc lex es set cōtra ꝓmissionē. quia ipam euacuaꝫ cū ex lege nature esset iusticia. sic enī oēs quererēt legē cū i ea iustificarēt. ⁊ sic pos/set ꝙtingere q̄ nullus ꝑ semē abꝛae iusti/ficaret vel saltim q̄ multi nō iustificarēt. Et tūc lex directe esset ꝙtra ꝓmissionē. q̄ dictū est q̄ in semīe abꝛae oēs debebant benedici. qꝛ ergo lex nō iustificat sed con clusit scriptura. i. lex scripta omīa esse sub peccato. i. ostēdit oīa esse sub peccato. et peccatoꝛē ex hoc lex oꝛdinat ad ꝓmissiōꝫ vt ꝓmissio de iustificatōne ⁊ hereditate habenda daret credētibus nō ex opibus legis. sꝛ ex fide hiesu xp̄i. i. in iesu xp̄o ha/bita. ⁊ sic nec ꝓmissio legi. nec lex ꝓmissi/oni aduersat. Et sic ptz q̄rtū

¶ Moꝛaliter aūt ad edificatōꝫ nostrā nota circa ꝓ mam ꝑtem epl̄e vt dicit aplūs q̄ qui filij sunt abꝛae scz ꝑ sanctā imitatōꝫ benedicē tur cū fideli abꝛaam. ⁊ ideo si volumus hāc benedictōnem possidere. imitemur opa abꝛae. qꝛ non filij carnales abꝛae be nedicēt nisi fuerīt euꝫ in fide ⁊ opib⁹ imi tati. Math. vnj. Multi veniēt ab oꝛien te ⁊ occidēte ⁊ recūbēt cū abꝛaaꝫ ysaac et iacob in regno celoꝝ. Filij aūt regni ejci entur in tenebꝛas exteꝛioꝛes. ¶ Y ¶ Imi temur ergo abꝛaā in octo maximis vtu/tib⁹ quas habuit. Primo imitemur eū in ꝑfecta fide quaꝫ de vnitate ⁊ trinitate dei habuit. qꝛ tres vidit ⁊ vnū adoꝛauit Gen. xviij. Et quā habuit de incarnatōe filij dei. Gen. xv. Credidit abꝛaā deo ⁊ re est ei ad iusti. Quā fidē ostēdit dum fecit eleazaꝛ iurare ponēdo manū sub femoꝛe suo. q̄ accipet ysaac vxoꝛeꝫ de cognatōe abꝛae. In quo ostēdit q̄ ō femoꝛe suo ali quis maioꝛ debebat nasci q̄ deus erat ꝑ ipm sicut ꝑ deū fecit eum iurare. ⁊ qꝛ oēs saluant ꝑ fidem iesu xp̄i que ꝓmo fuit in pectoꝛe abꝛae. ideo anime sanctoꝝ dicūt requiescere in sinu abꝛae. i. in luce ⁊ req̄e visionis quā abꝛaam ꝙsecutus est ꝑ fidē qꝛ visio succedit fidei. Lu. xvj. Factū ē au tem vt mo. mē. ⁊ poꝛ. ab an. in si. abr. Ha/buit etiā fidem viuā qꝛ ipam ꝑ opa ostē/dit. Nostra aūt fides est valde imꝑfecta qꝛ si ꝑfecte crederem⁹ nō peccaremus. j. Johā. nj. Qui credit in illuꝫ non peccat. Propterea apostoli petebant dicentes Domīe adauge nobis fidē. lu. xvij. Un/de spūs dicit mundū arguere de peccato qꝛ nō crediderūt in xp̄m. vt patz iob. xvj Est etiā fides nostra moꝛtua. qꝛ ipam ꝑ opa bona nō manifestamus. Jaco. ij. Fi/des sine opibus moꝛtua est. Et sic ꝑ fidē quā habemus nec a mal' declinam⁹ nec bona opamur. Hec. n. duo facit fides ꝑ/

fecta scz declinare a malo ⁊ facere bonuz Hanc fidē habuit abraam ⁊ iō reputatū est ei ad iusticiā. ¶ Ecdo imitemur euz in vera spe. Nam cū esset centenarius et similit sara. non ē infirmatus in spe sz veraciter sperauit habere filiū quē deus ei ꝓmiserat. Ro. mj. Qui cōtra spem ī spez credidit. vt fieret pater multaꝝ gentium Glo. Spes ꝓ fm naturā fuit dū de iuuencula fm naturā sperauit sobolez. nec tamē habuit. modo ꝓtrariuz isti spei sperauit scz vt vetulus de vetula ⁊ sterilt de sterili generaret. In vera aūt spe mirabiliter deficit mūdus Non. n. ꝓfidit de dei ꝓuidentia. q̄ dat iumētis escam ipoꝝ et pul. coꝝ. inuo. eū. psal. Et iō nō abstinz ab iniustis lucris. Itē nō cōfidit de dei misericordia q̄ omnib⁹ offert veniaz ⁊ iō confiteri nō curat. Mathe. xvnj. Quotiens peccabit in me frater meus ⁊ dimittaz ei vsqz septies. Dicit illi iesus. Nō dico tibi vsqz septies sz vsqz septuagies septies Idem in eodē. ix. Euntes discite q̄d ē misericordiam volo ⁊ nō sacri. Item nō cōfidit de dei potētia vt sustentet hominez in penitētia faciēda. ⁊ iō penitētiam nō curat facere. Cōtra quod esa. xl. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinem.

¶ Tercō imitemur eū in abundanti caritate q̄ apparet in eo q̄ ꝓmus cepit pegrinis hospitiū exhibere. Item in eo q̄ valde obmixe ꝓ sodomitis orauit. ⁊ dicas q̄ modo orauit incipiēs a q̄nquagita vsqz ad decem. vt ptz gen. xvnj. In caritate mirabiliter deficit mund⁹. q̄ oēs q̄ sua sunt q̄runt. ⁊ nō inuenit hodie dilectō ī patre ad filium. Hodie regnāt in mundo duo amore .s. amor inordinatus vsqz ad cōtemptū dei. ⁊ amor ꝓprius vsqz ad ꝓsummatōz xpi. Et ratō huius est q̄ quātum abūdauit iniqtas refriguit caritas. Osee mj. Maledicū ⁊ mēdacū ⁊ homicidiū ⁊ furū ⁊ adulterū inundauerunt ⁊ sanguis sanḡnem tetigit. ¶ Quarto imitemur eum in ꝓfecta obediētia q̄ patz ī eo q̄ ad vnā vocē domī egressus est ḋ terra ⁊ de cognatōe sua ⁊ reliqt patriā ⁊ parētes. Idē ptz in eo q̄ ad mandatū dnī voluit vnicū filiū immolare. Cogitem⁹ q̄nta obedientia fuit ista ⁊ apparebit imꝑfectio nostre obedientie ad deū q̄ tota die clamat vt mūdanis renunciem⁹. ⁊ mundum fugiamus. q̄ totus mund⁹ in maligno positus est. ⁊ nihil ꝓdest. Tota die clamat dominꝰ. Agite pniam. math. nj. Tota die clamat vt vitemus ꝓsanḡneos ⁊ pentes. q̄ inimici hoīs domestici ei⁹ Et si aliq̄ sunt q̄ mūdanis renūciāt ⁊ relīquant patriā ⁊ pentes. faciūt sicut vxor loth q̄ retrospexit. ita q̄ cor de sp sunt circa mūdana ⁊ ꝓsanḡneos ⁊ notos. Cōtra quos dictū est abrae. Egredere de terra tua ⁊ de cognatōe tua. Cum tamē iam esset egressus ⁊ habitaret in charrā In c⁹figura mādatū est in lege q̄ ab aīmali immolādo deberet amputari vesicula gutturis ⁊ ꝓjci. q̄ hō dedicās se deo debz ꝓjicere ydolorū mundanoꝝ ¶ Quīto imitemur eū in pacifica ꝓuersatōe. Und ad loth ait. Ne q̄so sit iurgium inter me ⁊ te Ecce vniuersa terra coram te est. si tu ad sinistram ieris ego dextrā tenebo ꝛc. gen. xnj. Hac pacifica cōuersatōne oīno ⁊ totaliter caret mūd⁹ imo ꝓtinus guerris hoīes ꝓsumunt. ⁊ bona ipoꝝ deuastātur ⁊ aīme pdunt. Cui⁹ rō est q̄ pdita pace aīme ad deū nulla pace potit hō. Job ix. Quis resistit ei ⁊ pacē habuit. Sed si hō haberet pacez cū deo ⁊ ambularet in via dei. de⁹ daret sibi oēm pacē. Baruc. nj. Si in via dei ambulasses. habitasses vtiqz in pace sup terram ¶ Sexto imitemur euz in spūali circūcisione q̄ p carnalem eius circūcisionez figurata ē. vt scilicet act⁹ ⁊ opa nostra circūcidamus. Hiere. mj. Circūcidimi dnō viri iuda. Hac

circūcisione mirabilr ĩdiget mūd⁹ q: tot⁹ est dissolutus ⁊ in vestib⁹ ⁊ ĩ domib⁹ et ĩ ludis ⁊ in omĩbus operibus suis. Et ĩō xp̃c volut circūcidi vt in eo oēs xp̃iani spūaliter circūcidant. ¶ Septimo imite mur eum in humilitate p̃funda. q: cū esset ita pfect⁹ ⁊ singularis amicus dei. ita vt de eius semĩe p̃mitteret nasciturū filium suū. tamen ĩ nullo supbiuit. sed magis est coā deo humiliat⁹ dicēs. loquar ad dominū meū cū sim pul. ⁊ ci. gen. xviij. Peccato: autē nihil penitus habēs supbit. Qui enī deum nō habet q̃ est omĩa omĩno nihil habet. Eccle. x. Quid supbist ter. ⁊ ci. ¶ Octauo imitemur eū ĩ plena liberalitate. q: regi sodomo: ĩiuste expoliato gratis succurrit cū vernacul' suis et excupauit homĩes ⁊ p̃dam ⁊ de omĩbus nihil recipe voluit. vt patz ge. xiiij. Sic ⁊ nos g̃tis iuuare debem⁹ violent' oppressos. ⁊ eripe eos de manu violentorum. Job. xxix. Cōterebaz molas iniq̃ ⁊ de dētibus illius auferebā p̃dam. Ez heu hodie totus mund⁹ venalis est. nec inuenitur q̃ gratis vel amore dei velit miseris assistere. etiam sacramēta ecclesie ⁊ patrimonĩū crucifixi vendunt pecunia q̃ est maximū malū ⁊ pducēs ad detrimentū ⁊ pditoz. Actu. viij. Pecunia tua tecum sit ĩ pditoz quoniā donū dei existimasti pecunia possideri. Et sic ptz totū d̃ epl'a.

¶ Dominica decima q̃rta de eū̃gelio

Sermo XCII.

Dum iret iesus in hierlim trāsibat p mediā samariā ⁊ galileaz. lu. xvij. Sicut dicit aug⁹. Magn⁹ vbiqz iacebat egrotus. Totū q̃pe genus humanū egrotū valdē iacebat ĩ morte spūaliť ⁊ corpaliť. nec aliq̃s repiebatur q̃ posset ip̃m sanare nisi filius dei. p̃s. Misit v̄bum suū ⁊ sanauit eos. Propter ecclia clamat dicēs. Media vita ĩ morte sumus quē querim⁹ adiutorē nisi te domĩe. Venit ergo fili⁹ dei ⁊ sanauit oēs q̃ ad ip̃m accesserūt. Lu. vj. Virtus de illo exibat ⁊ sanauit oēs. Et sicut tūc oēs sanauit. ita quotidie sanat oēs q̃ volūt in ip̃m credere. Denari⁹ q̃p pe numer⁹ est pfectus numer⁹ vltra quē nō pcedit sz omnē p̃tinet numez ⁊ sig̃t q̃ oīs multitudo hominū p ip̃m xp̃m sanata est. q̃ p trāsgressionē decalogi sunt ĩfirmi. In hoc enī miraculo vniuersitas peccatoz intelligit p xp̃m fore sanata. et corporaliť ⁊ spūaliť sicut ĩsti vtroqz mō sūt sanati vt sancti dicūt. Ez pauci hoc magnum beneficiū recognoscūt. nā de decē mūdatis solū vnus rediit grās referens iesu. ¶ Circa hoc miraculum euāgelista q̃nqz ponit p ordinē. Primū est decez leprosoz xp̃o in hierlim pgenti occursus et obuiatō. In p̃ncipio euāgelij. Secūduz est clamor ip̃oz atqz postulatō ibi. Quiste. a lon. ⁊ le. vo. di. Tercium est ip̃oz clamantiū exauditō ⁊ curatō ibi. Quos vt vi. dixit. Ite osten. vos sa. Quartū ē vnius mūdatoz regratiatō ibi. Un⁹ aūt ex illis vt vi. q: mun. est. Quintū est reliq̃z nouē exp̃bratō ⁊ regratiātis commēdatio ibi. Respōdēs aūt ies⁹ dixit nōne decez mūdati sunt ⁊ no. vbi sunt. vsqz ĩ finē ¶ Prio ergo ponit occurs⁹ lepsoz ad iesuz in hierlim pgentē. Et hoc est. Dum iret iesus in hierlim ꝛc. Lrā plana est. Nota ergo hic q̃ttuor loca. s. hierlim p quā intelligit celestis patria. interp̃tat enī visio dei siue pacis. Samaria q̃ interp̃tat custodia. q: custodire nos debem⁹ a mlĩis Galilea que iterp̃tat rota siue trāsmigratio. q: cauere nos debem⁹ a rota fortune ⁊ de vitijs ad v̄tutes. ⁊ de mūdo ad celū transmigrare. Et castellū p q̃d eccl'a militans ītelligit munita v̄tutib⁹ ⁊ custodia angeloz. Debem⁹ ergo trāsire p fama-

riam.i.p custodiā nostri ⁊ sensuū nostro
rum.⁊ p galileā.i.p cautelā fortune ⁊ trās
migratōem ō vicijs ad vtutes.⁊ intrare
eccl'am p fidē ⁊ caritatē. Et tandē ire cum
iesu ad hierl'm.i.ad visionē dei. Et sic ptz
ꝓmum. ¶ Ecce ponit clamor lepsorum
atq; petitō ¶ Ubi nota q̄ p lepro
sos istos signant peccatores volentes a
domīo curari.q̄ debēt quiq; facere q̄ isti
fecerūt si volūt aīme ꝓsequi sanitatē.
Prīo nāq; debēt deo occurrere ⁊ ei cor
dis ostium apire.q; ipe stat ad ost. ⁊ pul.
volēs ad nos intrare.vt dr apoca.mj. Et
q̄ntum ōbemus ei occurrere. Certe parū
Bern. O homo nō oportet te mare trās
natare.nō transalpinare terrā.sz vsq; ad
cordis ostium ⁊ oris occurrere domino
tuo.vsq; ad cordis ꝓpunctōz ⁊ oris ꝓfes
sionem. Et hoc notat ibi. Occurrerunt.
¶ Ecce debēt firmū ꝓpositum bōi ha
bere.q̄ notat ibi steterūt. Steterūt enim
in ꝓposito p boni cōceptōez. Hoc enī ne
cessario peccator ꝓtendus ōbet habe
re scz firmū ꝓpositū abstinendi a malo ⁊
faciēdi bonū. Exod.xv. Stetit vnda flu
ens.i.peccator quasi vnda maris fluens
⁊ effluens.q; tunc stat quando habet fir
mum ꝓpositū abstinēdi a malo.⁊ pseue
randi in bono ⁊ hoc fit quādo ꝓgregati
sūt abyssi peccatoris ī medio maris. id ē
amari cordis p ꝓsideratōz ⁊ cōpunctōz.
Esa.xxxvnj. Recogitabo tibi oēs annos
meos in amaritudine aīe mee ¶ Tercio
debēt habere de peccatis q̄ fecerūt vere
cundiam ⁊ ꝓfusionē. Et hoc notatur ibi
Ad longe. Lu.xvnj. Pdubli.aūt alon. stās
no.ocu.ad ce.le. Idem ptz de magdalēa
q̄ stans retro nō audebat ante accedere.
Eccle.mj. Est cōfusio adducēs peccatuz
⁊ est cōfusio adducens gratiā ⁊ gloriam
Adulti volūt cōuerti ad deū ⁊ nullā cō
fusionem de peccatis assumūt imo veni
unt ad cōfessionem ridēdo. Hiere. tercō

Frons mulieris meretricis facta est tibi
noluisti erubescere. ¶ Quarto ōbēt ha
bere deuotaz ⁊ lacrimosam oratōz. Hoc
notat ibi. Leuauerunt vocē suā. Tren. ij.
Leuemus corda nostra cū mānibus Job
q̄nto. Voca si est q̄ au.⁊ ad aliquē sācto
rum cōuertere. Aug⁹. O si possem⁹ ho
mines excitare ⁊ cū illis piter excitari.vt
tales essemus amatores vite ꝑmanentis
q̄les sunt illi vite fugientis. Si homines
tantū desiderarēt mundari a lepra spūa
li sicut a corpali cito essent mūdati ⁊ grā
dia p illa facerēt.mj. Reg.v. Et si rē grā
dem dixisset tibi ꝓpheta certe facere de
bueras. Peccator enī valde indiget san
ctos orare.cum ipe sit spūs vadens scz p
seipm.sz nō rediens scz p seipm. Und ni
si pcibus sanctor iuuaret nunq; de pec
cato exiret. Et ideo peccatores quotidie
ꝓcurrunt.q; eccl'a quotidie pro eis orat.
In cuius figura mandatus est in lege q̄
lepsus p quē peccator intelligīt deberet
clamare ⁊ se immundū dicere. ¶ Quin
to debēt veram ꝓfessionē habere de xp̄o
⁊ discretam petitōz ad ipm ꝓfitētes ⁊ di
centes. Jesu p̄ceptor miserere nostri. Q;
debēt ꝓfiteri q̄ iesus est saluator hoīm.⁊
p̄ceptor cui omīs creatura obedit ad nu
tum a quo nihil aliud debent petere nisi
misericordiā ⁊ gratiam suam. ps. Miser
rere mei deus ꝑm magnā misericordiaz
tuam. Cū enim peccator sit totus plenus
malis.⁊ vacuus bonis.nihil ē magis mi
serum q̄z peccator.⁊ nihil est miserus vt
dicit augustin⁹. Peccatore nō miserāte
seipm.⁊ ideo abissus miserie peccatoris
debet abissum diuine misericordie inuo
care.ps. Abissus abissum īuocat. Quia
misericordia dei respicit miseriam pecca
toris. Et sic patet scd̄m. ¶ Tercō pōtur
ipor clamantiū exaudito ⁊ curato. Ubi
nota q̄ttuor vba domini.s.vidit.dixit.ite
⁊ ostēdite. Vidit miserādo.dixit p̄cipien

do ⁊ ꝓfulẽdo. ite obediẽdo. ostẽdite vos sacerdotib⁹ peccata ꝓfitẽdo. Istis q̃ttuor modis sanat̃ peccator a lepra anime.

¶ Primo enĩ oportz q̃ de⁹ respiciat peccatorẽ cui⁹ respect⁹ penetrat cor sicut aspect⁹ basiliſci penetrat vſqz ad cor ⁊ interficit hominẽ. sic respectus dei penetrat vſqz ad cor ⁊ dat vitam anime. Sic respexit dominus petrũ. ⁊ ĩo ſtatim egreſſus foras fleuit amare ⁊ reuixit qui erat mortuus. Hoc eſt p̃mũ ⁊ optimũ in iuſtificatõe peccatoris. qđ ſi hoc de⁹ non facit peccatori indurat̃ ⁊ nunq̃z ꝓuertit. ⁊ phuiõi ſubtractõz de⁹ đr cor peccatoris indurare. Exo. mj. Ego ĩdurabo cor pharaonis. Ecđo oportet q̃ peccator recipiat ꝓſilia ⁊ p̃cepta đi. vt ſciat quõ ⁊ q̃d debeat agere. ⁊ a malis cauere. q⁹ vt đr iob xxxvij. Dẽs q̃ppe inuoluimur tenebris. Et ĩđo oportet vt a deo inſtruat̃ de ſalute ſua. Et ob hoc filius dei deſcẽdit de celo vt nos vitatẽ doceret. Joh. xvnj. Ego in hoc nat⁹ ſum ⁊ ad hoc veni in mũdũz vt teſtimoniũ phibeã veritati. Jtẽ cuz ſine fide impoſſibile ſit placere deo. ad hebre. xj. Fides aũt ex auditu ⁊ p̃ vbum dei habeat̃. vt dicit̃ ro. x. Neceſſario oportet boiez inſtrui ſi vult ſalutez ꝓſequi. Et ĩõ xp̃c diſperſit aplos p mundũ vt homies docerẽt. Adar. xvj. Euntes in mundum vniuerſũz p̃dicate euan. Propterea dicebat aplis actuũ. xx. Nõ enĩ ſubterfugi quo min⁹ annũciarem vobis omẽ cõſilium dei.

¶ Tercõ oportz q̃ peccator p⁹ q̃z eſt inſtruct⁹ obediat p̃ceptis dei ea obſuando. Johã. xnj. Si hec ſcitis beati eritis ſi ea feceritis. Mathei. xvnj. Si vis vitã ingredi ſerua mandata. Eccleſ. vnj. Qui cuſtodit p̃ceptum nõ expiet quicq̃z mali. Ergo p obſeruatõz p̃ceptoꝝ hõ cõſequit vitã ⁊ gloriam. ⁊ vitat mala et penas inferni.

¶ Quarto optet vt ſubijciat ſe peccator miſtris eccleſie. ⁊ accipiat ab eis eccleſiaſtica ſacramẽta. quia q̃muis hõ eſſet inſtruct⁹ de fide ⁊ obſeruarz p̃cepta legis. niſi accipet eccleſiaſtica ſacramẽta nõ ſaluaret̃. Johã. nj. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpũſancto non põt intrare regnũ dei. Hoc xp̃c oſtendit in ſauciato. quez nec ſacerdos nec leuita id eſt nec ſacrificia nec lex ſanare potuerunt ſed ſamaritan⁹. i. xp̃c ſanauit eũ infundendo vinũ ⁊ oleuz. i. exhibẽdo eccleſie ſacramẽta. q⁹ q̃zuis deus aliter poſſet ⁊ ſine ſacramẽtis homies ſaluare. tamẽ hoc ſibi ſic placuit. Ordinauit enĩ vt nullus ſine ſacramẽtis ſaluet̃ que efficaciaz habent a paſſione xp̃i. cuius vtus nobis nõ aliter applicat̃ niſi mediantib⁹ ſacramentis. In cuius figura iſtis lepſis mũdatis mãdauit vt oſtenderẽt ſe ſacerdotibus. q⁹ peccatores debẽt ſe p̃ veram ⁊ puram ꝓfeſſionem oſtẽdere ſacerdotibus ⁊ recipe ab eis eccleſie ſacramẽta. Can. ij. Oſtende mihi faciem tuã. i. conſcientiaz tuam. ſo. vo. tu. in au. m. ſ. p̃ veram confeſſionem. Eccle. mj. Presbitero humilia aĩmaz tuã. Et ſic mundat̃ homo a lepra aĩme. Sed attẽde q⁹ đi. q̃ dum irent mundati ſunt. Vbi notandũ q̃ poſtq̃z peccator recipit reſpectũ dei ad cor. p̃ quez dolet de peccatis ⁊ ꝓponit in poſterũ abſtinere ⁊ bene agere. ꝓponit etiaz recipe eccleſie ſacramẽta. ſtatim anteq̃z facit ĩ ipõ ꝓpoſito deus abſoluit eum ⁊ mundat a culpa. ⁊ ſi ſtatim moreret̃ nõ iret ad ĩfernum. Et tãta poſſz in eo eſſe ꝓtritõ q̃ abſolueret̃ a culpa ⁊ a pena ſicut fuit in magdalena. nihilomin⁹ oportz q̃ talis quãtũcunq̃z ꝓtritus cõfiteat̃ ⁊ recipiat eccleſie ſacramẽta ſi aſſit facultaſ. q⁹ nõ fuit ei dimiſſa culpa. niſi cũ ꝓpoſito ea recipiẽdi cum poſſet. ꝓpterea patz q̃ in virtute ſacramentoꝝ fuit ei dimiſſum peccatuz. q̃a nanq̃z habuit ꝓpoſitũ recipiẽdi ſacramẽta. ideo fuit a peccato abſolutus. Sed vt

dicit philo. ppter vnūqdq3 ⁊ ip̄m magis
Si ergo ꝓpter ꝓpositū recipiēdi eccl̄e sa
cramēta peccator absoluit ergo ip̄m ab/
soluūt eccl̄e sacramēta. ⁊ multomagis in
sumptiōe sacramētoꝝ peccator absoluit
q3 in ꝓposito ea sumēdi Et ideo nisi ea re
cipet esset mēdax. nō faciens qđ domino
in corde ꝓmisit. ⁊ ꝓpterea si ip̄e pō ea nō
facit qđ deo ꝓmisit. ⁊ deus reuocat qđ i/
dulsit. q3 frangēti fidem fidel frangit ⁊ ei
dem. vt dicūt iura. Et nota q3 in hac pec/
catoris iustificatiōe ḡttuor cōcurrūt que
sunt gratie infusio. motus liberi arbitrij
ad bonū. cordis ꝓtritō de malo. ⁊ pecca/
ti dimissio quo ad culpaz p̄s. Cōmouisti
terrā scz p gratie infusionem. ⁊ ꝓturbasti
eā scz p cordis ꝓtritōz. sana ꝓtritōes eius
scz p peccati remissiōz. q3 ꝓmota est. s. p li
beri arbitrij assensionē Ez si peccator in
ip̄a cordis ꝓtritōne absoluit anteq3 pue
niat ad sacerdotē vt hic innuit q3 dū ret
mundati sunt. qđ facit postea sacerdos
⁊ a quo absoluit eū Ad hoc dicēdū q3 so
lus deus absoluit peccatorē a culpa i ip̄a
cordis. ꝓtritōne. Esa. xlvj. Ego sum q3 de/
leo iniqui. tu. ppter me. Sacerdos autez
ostendit eū absolutū. Absoluit etiam eū
a pte pene vtute clauiū. Hoc sic ꝓmunit
soluit. Sed hoc nullo mō videt sufficien
ter dictū q3 xp̄c nō dixit petro quemcūq3
ostēderis absolutū sed quēcunq3 solue/
ris. vt dicit mat. xvj. similit iob. xx. nō di/
xit quoꝝ remiseritis penas peccatorum
sed quoꝝ remiseritis peccata ꝛc. Item di
ctum est hic īmediate supra q3 in virtute
sacramentoꝝ q3 ꝓferunt a sacerdote tāq3
a dei mīstro. que etiā in vbis a sacerdote
platis ꝓsistunt. que peccator ꝓponit su/
mere remittit ei peccatū. Et ideo dicēduz
q3 sacerdos ministerialit ⁊ instrumenta
liter peccatorē a peccato absoluit ⁊ nō so
lum ostendit absolutū. Est enī sacerdos
minister dei ⁊ eius instrumentū anima/
tum. Et hoc optīe ostendit xp̄c in lazari
resuscitatiōe p quem peccator rediens ad
dei ḡtiam designat. quē xp̄c solus a mor
tuis reuocauit. sed aplis mādauit vt eū
solueret. Et sic patet q3 lazarus fuit a cri/
sto resuscitatus. ⁊ ab aplis absolut9. Si
milit est in iustificatiōne peccatoris. quē
solus deus resuscitat a morte culpe red/
dens ei gratiam suā. sed sacerdos absol/
uit eum a catenis peccatoꝝ q3bus p tali
culpa ligatus tenebat. Exemplū rex vel
potestas in cōsilio absoluit malefactorē
q3 tenet in carcere in catenis ⁊ ministri re
gis vadūt ad carcerem ⁊ ex pte regis ab/
soluūt eum a carcere ⁊ catenis. ⁊ remittūt
eū in domū eius ⁊ reddūt ei omia bona
sua. Sic facit sacerdos q3 tanq3 minister
dei absoluit peccatorē a catenis pcatoruz
⁊ reducit eum in ecclesiā dei ⁊ reddit sibi
bōa sua q3 āte peccatū fecerat ⁊ facit eum
pticipem omniuz bonoꝝ q3 fiunt in eccla
⁊ dat ei cibū vite manducare. s. corp9 xp̄i
⁊ docet eum quō debeat viuere ⁊ in via
dei ambulare ⁊ stare. Et sic patet q3 mag̃
habet sacerdos facere in iustificatiōe pec
catoris. ⁊ nō solū eum ostēdere absolutū
Et sic p ea que dicta sunt. duo errores eli
dunt. Primus est hereticoꝝ q3 dicūt nl̄
lum mūdari a peccato nisi p impositiōez
manus. cū tamē deus in ip̄a ꝓtritōe cor
dis peccata dimittat. Secūs est paupe/
rum de lugduno dicentiū nō esse necessa
rium sacerdoti ꝓfiteri q3 q3libet bon9 cri/
stianus est sacerdos. Et sic patet terciuz
Quarto ponit vnius de mūdatis re/
gratiatō. q3 vnus ex illis vt vidit q3 mun
datus esset regressus est. Ubi q3ttuor no
tant. Primū est beneficij pcepti reco
gnitō. q3 vn9 vt vidit q3 mūdatus ē. i. co/
gnouit se a xp̄o eē mundatū. Sic pecca/
tor debz cognoscere īmēsum beneficiū in
dulgētie peccatoꝝ a peccato. ⁊ sup omia
carū tenere. qđ nō faciunt q3 pro nihilo p

ijcūt beneficiū tale itez peccādo ¶ Se cunduz est festina ad benefactorē regres/ sio.qz regressus est. Sic peccator postq̄z mundatus est debz redire ad deuz p ple/ nam satisfactōz. Sic redijt magdalēa de q̄ greg di.q tot habuit in se olocausta v/ tutum. q̄t ante habuerat oblectamenta peccati. Deut.xxv. Pro mēsura peccati erit ⁊ pla.mo. ¶ Terciū est benefactoris diuulgatō ⁊ ꝓmendatō.qz cū voce mag magnificās deū ps. Venite audite ⁊ nar. o.q ti.de.q.fe.ani.m. Debet enī bō bene/ ficia narrare ad laudē ⁊ gl̄am dei. Luce vnj. Redi in domū tuaz ⁊ narra q̄nta fe/ cit tibi de⁹. ps. Narrabo oīa mirabi. tua Sic narrauerūt illi q̄ttuor viri lepsi qui stabāt iuxta portam samarie quādo ob/ sidebat ciuitas dicentes. Hec dies boni nuncij est. Et sequit. Venite ⁊ nunciem⁹ in aula regis.mj. Reg.vij. Quartuz est humilis ⁊ deuota grārumactō.qz cecidit in faciē ante pedes eius grās agēs. psal. Benedic aīma mea do.⁊ noli.ob.om.re. ci⁹. Quia vt di.bernb. Ingratitudo ē vē tus vrens.siccās fontem pietatis.rorem misericordie. fluenta gratie. Debet ergo peccator regratiari deo q a tot malis eri puit eum ⁊ tot bona ꝓtulit ei. Et nota q bom cadūt in faciem sicut iste.qz vidēt et ꝓsiderant viā p quā vadunt in q̄ per hu militatem cadūt. Jtē ante pedes iesu ca/ dit q beneficiū mundatōis sue ei attribu it. Sic faciunt boni Mali aūt cadunt re tro sicut beli.j. Reg.mj. Et iō frangunt si bi collum.qz nō vidēt. Ad maiorē ꝓmen datōz aūt istius adiungit. Et hic erat sa/ maritanus.i.alienigena. Multi enīz se. culares magis recognoscūt beneficia dī q̄z domestici ⁊ clerici ⁊ religiosi q̄ ad gra tiam maximā sunt vocati quam nō reco gnoscunt. Et multi saraceni magis reco gnoscūt beneficia dī q̄z plūmi xp̄iani qui beneficijs plūmis sunt dotati. De q̄ do/ minus conqrit dicēs. Cognouit bos pos sessorem suū ⁊ asin⁹ ꝓsepe domī sui.id est boīes bestiales sine fide. Jsrael autē me nō cognouit. Esa.j. Et sic patet quartuz.

¶ Quīto ponit reliq̄z nouē expbratō ⁊ regratiātis recōmendatō.qz respondens ielus dixit nōne decē mūdati sunt et no/ uez vbi sūt. Ubi pus ꝓmemorat benefi/ cium collatū ꝓmunit di. Nōne decē mū dati sunt.scdo ī.pperat culpā ingtoz di. Et nouē vbi sunt. Querit.n.nō q̄si igno ret.sz vt ostēdat se ingtos tāq̄z incogtos repbare. Mat.xxv. Amē dico vobis ne scio vos. Tercō ꝓmēdat gtitudinē rede untis di. Nō ē inuētus q rediret ⁊ darz gl̄am do nisi hic alienigena. Quarto cō/ mēdatū. licētiat vt vadat pficiēdo in be/ neficio qō accepit di. Surge.s. incipien/ do vad pficiēdo ps. Jbūt de vtute ī vir. Fides tua sal.te.fe.s.in grā sanctificando ⁊ tandē ad vitā eternā pducēdo. Joh.x. Ego vitā eternā do eis. Et sic ptz q̄ntum

¶ B ¶ Ad oratiē aūt ad edificatōz no/ straz nota q p lepr̄ā intelligit peccatū et p lepsuz peccator multiplici rōe ¶ Pri/ mo rōe originis sicut ei lepra ortū habet ex corruptōe q̄ttuor humoz. sic peccatū ex corruptōe ⁊ mala dispositōe q̄ttuor af fectōnum q̄ sunt gaudū vanū. timor ser uilis ⁊ mūdanus. vana spes ⁊ dolor ma lus. Propter ea di.boe. Gaudiū pelle. pel/ le ⁊ timorez spēq̄z fugato. nec dolor adsit. Quādo.n. affectōes corrumpunt ⁊ deor dinant. aīma efficit lepsa. ita vt ab habi/ tatōe iustoz quo ad meritū pijciat. mat. xxij. Ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ pijcite euz in tenebras exteriores. ¶ U ¶ Secun/ do rōne pp̄rietatis et male opatōis. Lep/ pra enī septez malas pp̄rietates habet ⁊ opatōnes sig̃ficantes septē peccata mor talia ¶ Prīa est qz tumorē generat ⁊ si/ gnat superbiā. j. Cor.mj. Et vos inflati estis. Scda est qz visuz turbat ⁊ signat iuidiā

q̄ nō potest videre bonū alterius. maluz aūt vidz libenť. ꝓpter hoc nō rectis oculʼ aspiciebat saul dauid. j. reg̃. xvnj ¶ Tercia est qz vocē aufert. ⁊ in hoc signat iraz qz ad īrām homo iratus nō pōt ꝓferre v̄ba. ⁊ si loquit talia dicit q̄ videt insanus ¶ Propt̄ hoc frēs ioseph non potuerant ei quicq̄z pacifice loqui. Gene. xxxvij. Et ido verba irati non sunt attendenda.

filios dei. Jo.j. Dedit eis ptātem fili. dei fieri. Et eripit ō ꝑtitute dyaboli. Omēs enī nascimur filij ire ⁊ serui dyaboli. ſz p fidem q̄ in baptiſmo recipit ab eius ptā/te eripimur. Col.j. Qui eripuit nos ō potestate tene.i.demonū Hoc figuratū fuit in occisione agni p cuius fidē.i.p fidē illius quē ille agnus figurabat filij iſrl' liberati sunt de ꝑtitute pharaonis. Heb. xj. Fide moyſes celebrauit paſcha. ⁊ ſanguinis effusionē.i.habuit fidem q̄ illi⁹ agni mors figurabat mortē incōtaminati filij dei.p quā fidem erepti sunt ō manu pharaonis. Math.xvj. Porte infer.nō preaduer.eā. ¶ Scōm est.q: fides nostra liberat nos a triplici morte.ſ.naē.culpe ⁊ pene. Jo.xj. Qui credit in me etiā si mor. fu.vi.ꝛc. Nam mortē nature mutat in resurrectōz glē. Et iō q̄ fidelis mort nō debet dici q̄ moriat.ſz q̄ gloriosam vitā inchoet.j. Thes.mj. Si enī cre.q̄ ihesus mortuus est ⁊ resur.ita ⁊ deus eos q̄ dor. p ie. ad.cū eo. Aug. Tantā grām de⁹ fidei prestitit vt mors quā ꝓstat vite eē ꝓtrariaz. instrumentū fieret p qđ trāsiret ad vitaz eternam. Hebre.xj. Fide enoch translat⁹ est ne videret mortē. ¶ Terciuz est qa fides facit nos ꝓtemnere mūm ⁊ bonum eius.que sunt tria ſcz honores. delitie et diuitie. Hebre.xj. Fide moyses grandis effectus negauit se esse filiū filie pharaonis. Ecce honores. Magis eligēs affligi cum ꝑplo dei q̄z terrene iocunditatis peccatum habere. Ecce dlicie. Maiores diuitias existimās thesauris egiptōz imperium xp̄i. Ecce diuitie. Omis enīz bō sanctus ista tria ꝓtemnit ꝓpter fidē quā habet ō futura glā Quia vt di.apostol⁹ j.Coz.xj. Si in hac vita tantū in xp̄o speramtes sumus miserabiliores sumus in omnib⁹ homībus. Hoc fuit figuratū in captōne hierico. Hierico luna interp̄tat ⁊ significat mūm. q̄ vt luna mutat. q̄ mā/

data fuit capi p tredecim circuit⁹. vt ptz iosue.vj. Qui signāt tredecī articulos fidei q̄bus muri hierico fundit⁹ coꝛruerūt qꝛ q̄ ꝑfectam fidem habent totus mūd⁹ ante eos cadit. Hebre.xj. Fide muri hierico coꝛruerūt. ¶ Terciū quod nos in fide xp̄i debet stabiliꝛe est fidei meritū siue vtilitas. Fides enī nostra est valđ arduа ⁊ ad c̄redendū ⁊ ad exequendū. ⁊ iđo habet magnū meritū Quod ptz quātuz ad tria ¶ D ¶ Primo quātum ad peccatoꝛuz remissionē. qꝛ p fidei meritū peccata dimittunt. Lu.v. Quoꝝ fidez vt vidit ihesus dixit. Homo remit.ti.pec.t. ¶ Secūdo quātum ad salutis ⁊ gratie consecutōnem. qꝛ per fidem homo meret salutez anime ⁊ gratiam dei. Luce.vij. Fides t. ſ. te fe. Per fidem saluata est raab meretꝛix Hebre.xj. Fide raab meretrix non periit cum incredulis. ¶ Tercō quantū ad vite eterne possessionem. Per fidem enim homo meret vitā eternā. Johan.vj. Qui credit in me ba. vitā eternaz. Roma.mj. Ei autē qui nō opatur. credenti autez in eum qui iustificat impiū reputat fides eⁱ ad iusticiam sm ꝓpositū gratie eius. Exempluz de latrone crucis. q̄ ꝓpter fidem quā habuit in xp̄m. cū tamen nihil boni fecerit. hec tria est ꝓsecutus. ſ. remissionē peccatoꝝ. salutez anime que p gratiā hic habet. ⁊ vitā eternā. vel paradisum. Luc. xxmj. Hodie mecū eris in paradiso ꝛc Secūdo nos hortat vt simus radicati ⁊ fundati in caritate. ¶ E ¶ Ubi nota q̄ septē ponit ꝓdicōes quas circa caritatē habere debemus ¶ Primo enī in caritate debemus esse radicati. vt sicut a radicis vtute ꝓcedunt omēs fructⁱ⁹. ita omnia opa nostra ꝓcedunt a caritate. Aliē enī facta ꝓdunt. j.Co.xmj. Si distri. in ci. pau.om.ſa. ⁊ si.tra.coꝛ.me.ig.it. vt aꝛ.car. aūt nō ha. nihil mihi ꝓdest ¶ Secūdo ī caritate debemus eē fundati. Unđ sicut

edificium stabilit̄ sup fundamentum.ita nos ⁊ opa nostra sint stabilita ī caritate vt nullis temptatōibus ab eius integri⁊ tate euellamur. ſ.nec ꝓpter pluuiam carnalis delectatōnis.nec ꝓpter flumīa tri⁊ bulatōnum.nec ꝓpter ventos honoꝝ ℣Math.vj. ℣Assimilabit̄ viro sapiēti qui edi.do.su.su.pe.⁊ descendit pluuia et venerunt flumia ⁊ flauerunt venti ⁊ irruerunt in domū illā ⁊ non cecidit. fundata enī erat supra petrā. ¶Dicerat fundatus apostol⁹ q̄ dixit. ℣Ro.viij. Quis nos separabit a caritate xp̄i.q.d.nihil. ¶Tercio in caritate debemus esse lati vt caritas nostra non recludat̄ solum ad nos.⁊ ad nostros.ſꝫ extendat̄ ad extraneos ac etiam ad inimicos. ℣Math.v. Diligite.inimicos.bñfa.bis q̄ vos oder. Si enī diligitis eos qui vos diligūt quā mercedem habebitis. ¶Quarto ōbemus esse lōgi in caritate vt de caritate vie pueniam⁹ ad caritatem patrie.qꝝ caritas nūq̄ excidit Sicut enī aīma nostra in infinitū est lōga quia in infinitū debet durare ita ⁊ caritas ōbet esse in infinitū longa vt sp cuꝫ aīma nostra viuat.j. ℣Iobā.vj. Qui manet in caritate in ōo manet. ſꝫ deus est ꝑpetuus ergo caritas nostra erit ꝑpetua. ¶Quīto debem⁹ esse sublimes in caritate.qō tunc est quādo p opa caritatis ñ q̄rimus nisi celeste p̄mium ⁊ tēpalia dedignamur. Sublimes psone vilia dedignant̄ ſꝫ magna cogitāt ⁊ magna sperāt. ℣Ibili.vj. Nostra ꝙuersatō in celis est. Unde ⁊ saluatorem expectam⁹ q̄ refor.corpu.no.cōfi.coꝝ.cla.sue. ¶Sexto ōbem⁹ esse ꝑfundi in caritate.vt ꝑfunda misteria dei credamus ex magna caritate ꝓcedere.⁊ ex magna caritate esse q̄ ea nobis occultat vt.ſ.magis mereamur. Ul'sim⁹ ꝑfundi ī caritate vt illis q̄ sunt in profūdo terre ſcꝫ mortuis cōpatiamur ⁊ bñfaciamus vt liberent̄ ita q̄ caritas nostra sit sublimis vſqꝫ ad celuꝫ.⁊ ꝑfunda vſqꝫ

ad infernū ¶Septīo superexcellentē caritatez xp̄i debemus habere qua cū essꝫ diues in omībus.voluit fieri paup.vt nos ditaret cū esset dñs omniū voluit eē seruus vt nos a ſuitute liberaret.cum esset vita ꝑpetua voluit mori vt nos a morte ꝑpetua liberaret ¶Debemus etiā p experientiā scire vt p eius amore fiam⁹ pauperes nostra paupibus largiēdo. ℣Mat.xix. Si vis pfect⁹ esse vēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperibus. Famus serui iugū religionis salubriter subeūdo ⁊ prelatis ecclesie humiliter obediēdo.j. ℣Corī.ix. Cuꝫ essem liber ex omībus omniū me seruum feci. Et moriamur pro salute primorum si est necesse. Hic cadit exemplū paulini episcopi nolani q̄ p filio vidue se tradidit in perpetuaꝫ seruitutē. vadēs in africam vt filiuꝫ vidue a seruitute liberaret. vt dicit Gregoriusſ in dya. ¶Tercō nos hortatur ad grārūactōes. Debem⁹ enīꝫ deo intime regratiari quia mirabilia nobis fecit. Debemus enī deo regratiari p bonis nature.pro bonis fortūe. pro bōis gratie. Hā naturā excellentē nobis ōdit vtpote ad imaginē suā factā. ℣Gene.j. Faciamus hoīez ad imagi. ⁊ silitudinē no. Super oīa bōa fortune nos cōstituit ac etiaꝫ sup oēs creaturas inferiores. ℣psal. Oīa subiecisti sub pedibus eius. Bona vero gratie sunt ūnumerabilia. que fecit nobis ⁊ quotidie facit.q̄ omīa enumerare nimis essꝫ longū.et iō dimittant̄ ad p̄sēs. Et sic ptꝫ ō moralitate ⁊ ꝓsequent̄ totū

¶Dnica.xvij. de euangelio

Sermo XCVIII.

Cum intrasſꝫ ie

sus in do.cui.p̄n.pha.sab. ℣c. ℣u.xvij. Hodiernū enāgelū hīstoriale et doctrinale ē. Hā ī eo narrat̄ quō xp̄c fuit ūuitat⁹ ad qdā ꝓuiuū a qdā phariseo ⁊ ibi q̄ndā ydropicū sanauit.poīt et ī eo alta doctīna ⁊ vtil'⁊ necessaria. ītuit eī ies⁹

ad comedendū vt amic⁹. sanauit vt me/dicus.docuit vt magister.Et ꝑm hoc pre sens euangeliū ꝓncipaliṫ diuidiṫ ī tres p tes. ¶Nā ꝓmo qdaz ꝙuiuū a qdā phari seo xp̄o exhibitū ꝑmittiṫ. In ꝓnci.euāge. Secdo miraculū circa qndam ydropicū a xp̄o sanatū iseriṫ ibi. Et ecce qdā homo ydropic⁹.Tercō documētū habēde hūi/litatis salubriṫ subinferṫ ibi. Dicebat āt ad ūuitatos pabo.intē.quō ꝓmos accu/bitus eligerēt dicēs ad illos.Cuz ūui.fue. ¶Ad hec ergo ꝙuiuū a qdam phariseo xp̄o exhibitū ꝑmittiṫ. Et hoc est quod d. Cum ītrasſz hiesus ī do.cuiusdā ꝓn. pha. Et nota q ibi phariſei ⁊ legispiti obꝑua/bant eum.s.si sabbato curaret ⁊ hoc faci/ebant vt accusarēt eum apd pōtificem ⁊ apud ꝓpm diffamarēt.q legē moisi vio/laret.Ez nūqd fuit ūuitatus solū ad mā/ducādum panē. Ad hoc dicendū q mos est scripture sic loq. Vl̄ forte hoc dicit eo q iudi die sabbati nihil coquebāt sz in p cedēti sero comedēda coquebāt. ¶F

Ad ydraliṫ aūt nota q in hoc euāgelio sex ꝙmēdabilia de xp̄o dicunṫ ꝙ sex vitupa/bilia que d pharisei notant. Nam pha risei ī hoc ꝙuiuio de sex reꝑhēdi possunt ⁊ merito vitupari ¶Primum ē eorum falsa amicicia.q ostēdebāt se amicos xp̄i ⁊ ūuitabāt eum ad ꝙuiuia sua sicut ami/cum.⁊ īsidiabanṫ ei ⁊ obꝑuabant euz vt possent eū accusare ⁊ vitupare.Luc.xxij. Ecce ma.tra.me mecū est ī men. Talis est aicicia multoz qalios pascūt cibis ⁊ car/nibus eoz vescunt. Prouer.xxmj. Noli esse ī cōuiuijs potatoz nec ī comesatōni bus eoz q carnes ad vescēdum ꝓferunt Glo.Carnes ad vescendū ꝓferre ē ī col/locutōe vicissim vicia ꝓximorum dicere. Tal est aicicia potorum.Sic fecit absa/lon amō fratri suo quē ūuitauit ad cōui/uiuz ⁊ ibi fecit eū occidi.ij.Re.xmj.Talis est aicicia mōi. que cū pocula dat. ducit hominē ad furcas īferni.Cōtra hoc vitu pabile est ꝙmēdabile ex pte xp̄i.s.vera ai/cicia.qz ipos infirmos infirmitate pessi/ma scz peccati ⁊ paupes vtutibus q est sūma pauptas nō deserit. puer.xvij. Oī tpe diligit q amic⁹ est. Propt hec duo ai ci mōi q sunt amici ficti ꝙ sueuerūt recede re ab amico mōi scz ꝓpter mala que pa/tiṫ ⁊ ꝓpter pauptatē quā īcurrit.puerbi. Amici diuitū mlti a paupe āt ⁊ si qs ha/bet recedūt ab eo. Ez xp̄c vt ver⁹ amic⁹ nullo tpe recedit. Lu.xj. Quis ex vobis ar.me de pec. In eodē.xvmj. Si male locut⁹ suz te.phi.ō ma. Si āt bñ cur me cedis. ¶Tercium est eorū incōpassi bilitas.qz paliticо ⁊ alijs infirmis quos christus curabat non cōpatiebantur. sz curatis insidiebant curatōnem calūnia/tes. Greg. Vera iusticia ꝓpassionem hz falsa vero indignatōem.Cōtra hoc ex p te christi est vera pietas. quia compass⁹ est ydropico et in anima et in corpore sa nauit eum. Pietas aūt mōi est soluz cir

ca corpa sz ō aīmab⁹ nō curat. Qz vt di. aug. Infirmat̄ hō ⁊ morīt̄ ⁊ oēs amici cō uenūt ⁊ plorāt ⁊ adducūt medicos. moz rit vo ſm aīaz null⁹ ꝓpatit̄ null⁹ plorat. nullus ꝓcurat medicū ¶ Quartū est eo rum inſipiētia qa interrogati cū ōbebāt loqui tacuerūt. Et merito vt di. beda inē rogati tacēt q̄ ꝓtra se dictū q̄q̄d dixiſſēt vidēt nā ſi dixiſſent licet ſabbato curare. cur ergo obꝑuabāt eū. ſi aūt dixiſſent nō licet. cur ſabbato adaquabāt ⁊ curabant pecora ſua cū ſit magis ꝑuile opus q̄z ſa nare infirmū. ⁊ ido tacuerūt neſciēte⁊ q̄d diceret. Eccle. v. Si est tibi intellectus re ſponde ꝓximo ſin aūt man⁹ tua ſit ſuper os tuū. Contra hoc est ex pte xp̄i ſumma ſapīa. qz vidit cogitatōes eoz ⁊ eis reſpō dit ⁊ oñdit q̄ in ope caritatis ſabbatum nō ſoluebat̄. ⁊ ad hoc ſabbatū fuit ordīa tum vt in eo hō intenderet opibus cari tatis ⁊ p hoc demōſtrauit q̄ ipi legez nō intelligebāt. ⁊ p ꝓſequēs nō ꝑuabant

Quintū est eoz ſuꝑſtitiō ⁊ indiſcreta re ligio qz minima ſumope obꝑuabāt. ſ. ba ptiſmata calicū ⁊ vrceoz ⁊ nō manducare niſi lotis manibus ⁊ cetera tlia De ma gnis aūt nihil curabāt colātes culicē. ca melum aūt deglutiētes. ¶ Math. xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei q̄ mūdatis quod de foris est calicis ⁊ pabſidis. intus autē estis pleni rapina ⁊ īmundicia. q̄ ōcima tis mentā ⁊ anetū ⁊ ciminū. ⁊ relinq̄tis q̄ gūiora ſunt legis miſericordiā ⁊ iudiciū ⁊ fidem. Hoc viciū valō tāgit religioſos ſi cut tūc tāgebat phariſeos q̄ habēt cōſciā ad modū camuti extendētes eam ⁊ reſtū gentes ſicut placz eis. Cōtra hoc ē xp̄i di ſcreta religio qz ō magnis multum cura bat. nā in caritate. obediētia. miſericordia ⁊ iuſticia ⁊ ceīs vtutib⁹ vſqz ad mortez firmus ſtetit. Baptiſmata āt calicū ⁊ vr ceorum ⁊ nō lotis manib⁹ māducare et ceteras cerimonias q̄ ad rē nihil faciunt mādauit dimitti. Io. mj Veniet hora q̄ nec in mōte hoc neqz hierlimis adorabi tis prēm ſz eos q̄ adorāt eū in ſpū ⁊ vita te adorare oportz ⁊ nō in vmbra cerimo niarum. ¶ Tertū est vana gla eoz qui eligebāt p̄mos accubit⁹ in cenis ⁊ p̄mas cathedras in ſinagogis ⁊ vocari ab hoī bus rabbi. Contra hoc est ꝑfunda hūili tas xp̄i qz cum eſſet dñs oīm ⁊ ver⁹ fili⁹ di. intantū ſe hūliauit q̄ tāq̄z mēdicus i uitatus ad prādium iuit ⁊ hūiliter panē comedit. ¶ Phil. ij. Hūliauit ſemetipz ꝛc. ¶ Ecdo miraculū circa quendā ydropi cum a xp̄o ſanatū inſerit. Et hoc ē. Et ec ce q̄dam ydropic⁹ erat añ illū. Cyrillus. Ydropic⁹ metu phariſeoz non poſtula bat ꝓpter ſabbatū curari. ſz ſolū aſtabat vt ex aſpectu miſtus eius ſanaret eū. q̄ dñs agnoſcēs nō poſtulabat ab eo ſi vel let ſanus fieri ſz primus ſanauit eū. Glo. ydor aqua nominat. Uñ ydropiſ mor bus aq̄ſus est ſubtercutane⁹ ō vicō veſi ce nat⁹ cū inflatōe turgēti et anhelitu fe tido. Et est ꝓpriū ydropici q̄ quāto plus biberit tāto plus ſitit. Et rñdens hiesus ſz inſidioſis obꝑuatoribus ⁊ cogitatōni bus eoz q̄s tanq̄z deus vidēbat. dixit ad legiſpitos et doctores. Si licet ſabbato curare. i. ē licitū ſabbato ītendē opib⁹ ca ritatis ſine ſabbati violatōe. Theop. In ſua aūt ītergatōe dridet eos ſicut amē tes. Deo ei bñdicēte ſabbatū ipi ꝓhibēt bona opari in eo. Dies eni que bōa opa non admittit maledicta est. At illi tacue runt. ſ. tāq̄z ꝓuicti. Ipe vo apprehenſum ſanauit ac dimiſit. Et rñdēs ad illos. ſ. co gitatōnibus obꝑuatoz ⁊ inſidiatoz. di. Cū ve. a. ꝛc. Exēplo ſoluit q̄ſtōz vt oñdat eos ſabbatū violare in opib⁹ cupiditatiſ q̄ eū arguūt ī opib⁹ caritatiſ violare q. d. Si vos nō creditis ſabbatum violare ī operibus cupiditatis qō tamē vere ſol uitis cum ſit opus ſeruile. q̄ntomag̃ ego

nō ſoluo in ope caritatis cū ſit opus dei ⁊ ſpūale. Moraliť aūt p iſtū ydropi⁊ cum intelligiť auar⁹ ⁊ luxurioſ⁹. Iſta eī genera peccatoꝝ magnā habēt cū ydropico ꝓuenientiaz. Ydropicus eī vt dictuz eſt habz inflatōz vētris ⁊ anbelitū fetidū ⁊ quāto plus bibit tāto pl⁹ ſitit. Hec aūt tria mlt̄ū ꝓueniūt luxurioſo et auaro. Nā luxurioſ⁹ hz ventrē inflatuz idē ꝓcupiſcentiā accēſam ita ꝙ ab ipa totus vrit ⁊ ita fortiť vrit ꝙ nō diſcernit inter marē ⁊ feminam. qđ diſcernūt beſtie nec aliqñ inter ꝓſanguineos. vtz đ aman q ꝓcubuit cū thamar ſorore ſua ⁊ abſolon cū ꝓcubinis prīs ſui. vtz Re. xvj. Item habz ābelitū fetidū coraz deo. qz tota die carnalia cogitat carnalia loqť ⁊ carnalia opatur q̄ fetēt coraz deo ⁊ homīb⁹. Dīs enī mulier fornicaria abominabiľ eſt vt ſtercus. Iobe. j. Cōputruerūt iumē. ī ſtere. ſuo. Et eccle. ix. Dīs mulier q̄ eſt fornicaria q̄ſi ſtercus in via ꝓculcabiť. Unđ pena fornicatoꝝ erit qz mittenť in ſtagnuz ignis ⁊ ſulphuris fetidi. vt ſicut in carnalib⁹ fetuerūt ita in fetore crucient. Apo. xix. Miſſi ſunt in ſtagnū ignis ⁊ ſulphuris Uñ ſup ſodomitas dñs pluit ignem ⁊ ſulphur. vt ſicut in voluptatib⁹ fetebāt ita ⁊ in fetore ⁊ p fetorē punirent. Apoc. xvnj. Sicut fecit vobis facite illi. Hic cadit exemplū đ illo āgelo q̄ obuiauit vni mulieri lubrice ⁊ ornate ⁊ obturauit ſibi nares dicēs ꝙ fetebat coraz deo ⁊ angelis Et ꝙ luxuria ſic feteat patz p ſuū ꝓrium ſcz v̄ginitatē q̄ valđ redolz. ꝓtraria enim ꝓrijs opatōes habēt Uñ ꝙ đr vnicornis aial ferociſſimuz capiť in gremio v̄gis. p pter odorē eī venit ad v̄ginē puellā a venatorib⁹ in deſtum ductā ⁊ dormit ī gremio e⁹. ⁊ tūc a venatorib⁹ capiť et ligatur. Similiť filiꝰ đi ſentiens odorē v̄gis glo ſe đſcēdit ⁊ dormiuit in vtero e⁹. Tercio luxurioſ⁹ eſt oīno inſatiabilis. Prouer. xxx. Tria ſūt inſatiabilia. īfern⁹ ⁊ os vulue ⁊ terra q̄ nunq̄z ſatiať aq̄. Pōt eī hō in actu carnali deficere ſz nūq̄z ſatiari Iſtū ydropicū. i. luxurioſū dñs ſanat dū apphendit eum p aliquā magnā īfirmitatem. vel p artā pnīaz dū ei gr̄ia pnīam faciēdi a đo ꝓcediť. Sic apphēdit magdalenam. et reſtrinxit ꝓcupiſcentiā eius Iſtis duob⁹ mōis hoc viciū ſanať. ſ. p infirmitatē et p artā pnīam. De pmo eccl. xj. Malicia. i. infirmitas horę vni⁹ oblivionem facit luxurie marie. De ſcđo. ij. Cor. mj. Mortificatōz ieſu xp̄i in corporibus nr̄is circūferentes vt. ſ. ꝓcupiſcētia extinguať ſup. ad libidines. Propter ea vt di. augu. Carnē vrām domate ieiunijs Siliter hec tria ꝓueniūt auaro. Primo enī auarus hz ventrē inflatū. Uenť auari ſunt cellaria et horrea q̄ ſp ſunt plena. qz expectat maiorē cariſtiā ⁊ ideo nō vē dit vetera. donec ſupueniāt noua. pſal. Promptuaria eorū plēa. Prouerbi. x. Qui abſcōdit frumēta maledicet. Itē vē ter auari eſt inflat⁹. qz diuitias comitať ſupbia. Unđ ſup illud. j. Thi. vj. Diuitib⁹ hui⁹ ſeculi p̄cipe nō ſublime ſape. di. aug. Uermis diuitū ſupbia. Sap. mj. Diſrūpet illos inflatos. ſ. diuites et auaros. nā diuīa ſnīa ſicut maleus ꝓterēs petras cōteret eos. Et tūc v̄ificabiť illō iob. Diuitias q̄s đuorauit euomet. đ vētre ei⁹ extrahet eas de⁹. Secđo auar⁹ fetet. qa ad lrām auarus vt augeat pecuniaz. comedit panē alea. cepas et malas carnes emit. ⁊ oīa putrida comedit. ⁊ bibit vinū coruptū ⁊ acetoſū ꝓpt̄ qđ os e⁹ fetet. ps Sepul. pa. ē g. e. Portat eť veſtes mucidas ⁊ vnctuoſas ⁊ totā familiaz facit viuere īmiſia. puer. xv. Cōtbat domū ſuaz q̄ ſectať auariciā. Fetet eť ſpūaliť auarus coraz deo et hominib⁹. Qz vt di. boe. Largitas ſp caros facit auaricia v̄o odioſos vñ auaz oēs maledicūt ⁊ abominať tā/

quã rẽ fetidá. Multũ fetet auar⁹ q̃ deũ negat ⁊ crucẽ numi adorat ⁊ aiaz suã vẽdit dyabolo. ⁊ corp⁹ ꝓsumit. ⁊ familiam ꝓturbat ⁊ ꝓmo nõ ꝓpatit. Eccl'.x. Auaro nibil ẽ sceleſtius. ⁊ nibil ẽ iniquius q̃z amare pecumã. Hic ei ⁊ aiaz suã venalẽ bz.j. Thi.vj. Radix oĩm maloꝝ eſt cupiditas ¶ Tercõ auar⁹ ſp ſitit ⁊ nũq̃z ſatiatur. Eccl'.v. Auar⁹ nõ iplebit pecunia Prouer.xx. Bãguiſuge due ſunt filie dicentes affer affer. Bãguiſuga ẽ dyabol⁹ q̃ ſitit ſanguinẽ humanũ. c⁹ due ſunt filie ſcz ꝓcupiſcẽtia ⁊ auaricia. q̃ dicũt ſemper affer affer ⁊ nũq̃z ſatiãt ¶ Quatuor aũt ſunt rões q̃re auarus bõis mõi ſatiari nõ põt ¶ Prĩa eſt bõa mõi non intrãt ad aiam vbi eſt deſideriũ habendi. Et iõ bõ quãdo ĩcipit ditari magis ſitit. q⁹ bõa ſibi appꝓpinquãt nõ tamen intrãt vbi eſt dẽſideriũ habẽdi. ¶ Poeta. Creſcit amor numi quãtum ipa pecunia creſcit Exemplũ ſi q̃s haberet magnam ſitim et tenerz ciatũ vini ĩ manib⁹ quãto magꝭ appꝓpinq̃ret ad os tãto magis ſitiret ſi non biberet ¶ Scõa eſt. q⁹ diuitie ſunt materia unde auaricia nutrit. Und nõ habent auaricia expellere ſz nutrire. Exemplz ſi q̃s mlta ligna ꝓiicit in fornacẽ nõ extinguunt fornacẽ. ſed accendunt. Sic q̃ plura ꝓgregat. plus accẽdit ad habẽdũ. Seneca. Dicis pecuniã poſſidi o te felicem ſi cũ illa auariciã poſſidiſſes. adhuc es felicior q⁹ tãte rei malicia eſt ſubtracta ¶ Tercia eſt. q⁹ diuitie nullã ꝓueniẽtiã habent cũ aia. q⁹ aia eſt ſpũs. ⁊ diuitie ſũt reſ materiales. Unde nec implere nec euacuare eam poſſunt. Exemplũ ſi q̃s vellet implere vnã vegetẽ ſapiã vl' vtutibus non poſſet. q⁹ in nullo ꝓueniũt. ¶ Quarta ẽ q⁹ aia facta ad imaginẽ dei ẽ capax ipius dei ⁊ p ꝓſequẽs pfecti boni. Oĩa ãt bõa mõi nec pfecta ſunt. nec aliq̃d ſunt reſpectu capacitatis aie ⁊ ideo ipam iplere nõ poſſunt. Exemplũ ſi q̃s vnã domũ iplere vellet vno gno tritici fantaſtic⁹ eſſz. Sic aia ſi totũ mõm haberet nõ poſſz impleri. Solus aũt de⁹ q̃ eſt pfectum bonum. ⁊ omĩa bõa ꝓtinẽs replet capacitatẽ aie. Aug̃. Feciſti nos domĩe ad te. ⁊ inq̃etus eſt cor noſtrũ donec requieſcat in te. ps. Qui replet in bonis deſideriũ tuũ. Istũ yoropicũ. i. auarũ domi⁹ ſanat dũ apprehẽdit eum. i. cohibet ⁊ tenet appetitũ eius ne tẽpalia appetat ſed ſupna. Ubi nota q̃ circa diuitias triplex defectus in hoĩbus cõtingit ¶ ¶ Prim⁹ eſt ĩ male acq̃rendo. ⁊ talis vocat cupido. Cupidus eſt q̃ ſemp inbiat habẽdis. ⁊ nunq̃z ſatiat habitis. Talis habet manũ porrectam ad accipiẽdũ ⁊ p omẽz modũ nititr pecuniã extorquere nibiloĩn⁹ tamẽ tãs expẽdit. Tales ſunt oẽs romani ⁊ florẽtini q̃ mirabilit ſunt cupidi in acq̃rendo p phas ⁊ nephas ſz mlta expẽdũt Iſte ſanatur vt dictũ eſt cũ domi⁹ p grãm ſuaz cohibz appetitũ eius ne terena cõcupiſcat ¶ Scõus defect⁹ eſt in nimis tenacit retinendo. quẽ q̃s habet lucz nõ in debito ⁊ malo mõ lucret tal' vocat auar⁹. In quo genere ſunt oẽs mulieres q⁹ oẽs ſunt tenaces ⁊ auare. De huiõi ſũt etiã q̃dã homies pui cordis q̃ nõ q̃rũt magꝭ lucra. ſz q̃d habẽt tenacit tenẽt. In hoc et genere ſũt q̃dã hoĩes ſenes q⁹ dficit calor nat⁹ ⁊ iõ ſũt ſicut milu⁹ dicẽtes myo myo Tal' curat ꝓ man⁹ aptõz dãdo elymoſinas. q⁹ ꝓria ꝓriis curãt. Exẽplum de zacheo q̃ ſic fuit curat⁹ q̃ ait. Ec. di. b. m. Lu. xix. Et tal' ſigficat p illũ q̃ hẽbat manũ aridã cui xp̃c di. Extẽde ma. tu. Lu. vj. Sup q̃ vi. glo. Nil pl⁹ valz tli curatõr q̃z elymoſinaruz largitõ Terci⁹ dfect⁹ ẽ i male expẽdẽdo. cũ q̃s ꝓſumit ſubſtãtiã ſuã ĩ ſymbol' ⁊ tabernis ⁊ cũ meretcib⁹. puer. xxvj Vacãtib⁹ potib⁹ ⁊ dãtes ſimbola ꝓſumẽt. Et tal' vocat ꝓdig⁹ ſic ꝓſũpſit ſubſtãtiã ſuã filz

pdigus.vtz lu.xv. Tales raro curant. nisi postqz oia ꝓsumpserūt. Und ille filius pdigus postqz oia ꝓsumpserat. reuersꝰ ad se dixit. qnti mercenarij in do.pa. me. a.pa. Et seqt Surgā 7 ibo ad prēm meū Uade 7 tu fac siliter. Pōt etiā ꝓtingere q aliqs sit cupidꝰ 7 auarus 7 pdigꝰ siml' nō qz pdigalitas 7 auaricia sunt ꝓtraria q eidē siml' inesse nō possunt. Et sic patet scdm. Tercō documentū hūilitatis habende a xpō salubriē subinfert. Circa qd qttuor facit. Pdrio ppoit pabolā de nuptijs ibi. Dicebat aūt ad inuitatos pabolam istā. Scdo docet qd fugiendū sit in nuptijs. qz ꝑmus locus ibi. Nō discū. in ꝑmo lo. Tercō qd eligendū qz locꝰ nouissimus. Quarto subdit ꝓmuuis sentētia 7 rō vtriusqz. ibi qz oīs q se būi. exaltabit. Pdrio ergo pponit pabolam d nuptijs. Et hoc est. Dicebat aūt ad inuitatos pabolam istā Glo. aliqd mistice significantē. intēdēs quō ☧. i. itelligēs 7 videns quō ad ꝑmos accubitꝰ laborarēt. Uel intendēs psuadere in doctrina sua quō dbent accubitꝰ in eccla eligi. Litera plana ē. Mistice autē nota q nuptie iste notāt vel sigficāt nuptias spūales q̄s deus in p̄senti celebrat cū aīma fideli. p fidē eni 7 dilectōz aīma cū do dsponsat. qd in baptismo fit. Osee.ij. Despōsabo te michi in fid. In his ergo nuptijs cōiūgit deꝰ aīe p fidē 7 dilectōez. Ex q̄ ꝓiunctōne triplex bonū puenire debet qd in matrimonio carnali esse silit dbet. s. bonū fidi. bonū plis. 7 bonū sacramēti Bonū fidi ibi dbet esse. ne dyabolū adulterex itex suscipit viterius. Sic enī ꝑmisit in baptismo dum fuit xpō despōlata. s. abrenuncio dyabolo 7 oībus pōpis eius. Ex amīa peccatrix frāgit fidem 7 omni die dyabolū adulterū admittit. 7 xpc sponsus pulsat ad ostium 7 intrare nō potest. Apo.nj. Ego sto ad ostium 7 pulso. Quidā āt faciunt sicut mala vxor q recipit vir 7 adulterū Ita tales volūt recipe xpm 7 dyabolum quod esse non potest quia lectus conscientie nostre est valde augustus. ita q ibi deus 7 dyabolus requiescere non possunt. Et simlit palliū amoris ē breue 7 vtrūqz coopire nō potest. Esaie.xxvnj. Coangustatū est stratuz ita vt alter decidat. 7 palliū breue vtrūqz opire non pōt Bonū plis dbet ibi esse vt aīma sponsa xpi bona opa pariat. qz maledcā sterilis que nō pariit. j. Tbi.ij. Saluabit aūt p filiorum generatōem. i. bonoꝝ operū pductōz Bonū sacramēti dbet ibi ee. vt interꝰ sponsuz xpm 7 spōsaz aīaz diuisio nūqm fiat. Nā in mrīmonio carnali est triplex vnio. Una ꝑm ꝓsensum aīmoꝝ q fit per amorē. Alia ꝑm ꝑmixtōz corpoꝝ. Tercia p individuā cohabitatōz amboꝝ. Sic et in isto mrīmonio spūali xpc nobis ꝓpliciter copulat. s. p amorē. Hier.xxxj. In caritate ppe. dilexi te. iō attraxi. te miseransꝰ Scdo p nature ꝓformitatē. Hebre. scdo Rusqz ei ange. app̄. sz se. abra. Tercō p p petuā nobiscū habitatōz. mat.xxviij. Ecce ego vo. s. om. die. vsqz ad ꝓsu. seculi Et nota q ab his nuptijs triplicit homīes expelluntur. ¶ I. ¶ Primo propter defectum pietatis sicut ille quinqz virgines que non sumpserunt oleum secum per quod pietas designatur. Mat.xxv. Esuriui et nō dedistis mihi manducare Et sequitur. Discedite a me maledicti ī ignem eternum. ¶ Secundo propter dfectum caritatis. Mathei.xxij. Amice quomō huc intrasti non habēs vestem nuptialem. per quam caritas designat. Et subdit. Ligatis manibus et pedibus mittite eū in tenebras exteriores. ¶ Tercio propter defectum humilitatis. vt ptz in hoc euangelio. quia ille qui vult primum locum tenere per supbiā alijs se ꝑponēdo dicit q teneat nouissimū locū et

infimū. Infim⁹ loc⁹ est infern⁹ ¶ Scdo docet qd fugiendū sit in nuptijs q: pm⁹ loc⁹. Et hoc est. Non discūbas in pr̄i. lo. ¶ Ad ¶ Vbi nota q aliqs discūbit in pmo loco triplicit̄. ¶ Ad̄o in cord̄ suo alijs se ꝓponēdo. Et hoc ē qd hic dr̄. Nō discūbes in pmo loco. i. nō extollaris in corde tuo d̄ meritis ⁊ scientijs alijs te preponēdo. Sic discūbebat phariseꝰ i pmo loco di. Nō sum sicut ceteri hoīm. Luce xvnj. Nō sic faciebat abraaz di. Loquar ad dominū meū cū sim pul. ⁊ ci. Vbi di. greg. Apte cernim⁹ in q̄ loco se posuerat q̄ se puluerē ⁊ cinerē etiā cū d̄o loq̄reť existimabat. Qua ergo pena feriēdi sūt illi q̄ ad summa nō ꝓficūt ⁊ d̄ minumis se extollūt ¶ Scdo pmatū ambiēdo sicut lucifer. Esa. xmj. Similis ero altissimo. Nō ē vald̄ fatuū pmatum ambire. q: vt di. augusti. Quāto aliqs est in loco supiori tāto in piculo maiori vsat̄ ¶ Tercō prima tus vsurpādo. Sicut chore achor dathā ⁊ abyr̄ō. vt ptz Nu. xvj. Istd̄ est magnus peccatū ⁊ mltum displicet deo. vtz ibidez ꝑ penā subsecutā. nā chore cū ꝯplicib⁹ suis ignē diuīo ꝯsumpti sūt. Dathā vero ⁊ abyron cū tabernaculis suis ⁊ oī familia sua absorbuit tra ⁊ descēderūt in ifernum viuētes. ¶ Tercō docet qd eligendus est q: loc⁹ nouissim⁹. Et hoc ē. Recūbe in nouissimo loco. ¶ A ¶ Vbi nota q locus ifimus vl̄ nouissim⁹ ꝓpter tria ē eligēd⁹ ¶ Ad̄o ꝓpter securitatē. Augu. Hūilitas in imo ē. ⁊ iō nō hz q̄ cadat. ¶ Scdo ꝓpt̄ pacē. pflāt enī vēti in alto. loc⁹ vo inferior nō ē ita expositꝰ ventis. Esa. xxxij. Erit q̄i vir q̄ abscōdit se a vēto ⁊ celat se a tēpestate ¶ Tercō ꝓpt̄ exaltatōem sequentē. q: de⁹ exaltat eum ⁊ facit ipm ad locum supiorez ascēdere. Et hoc est quod dicit. Amice ascēde supius. Facit autē deus humilem q̄ntuplicit̄ ascendere. ¶ Ad̄o mundū ꝓtēnendo ⁊ obliuiscendo. Philip. nj. Que retro sunt obliuiscēs ad ea que p̄ora sunt extend. Ibidē Omīa ar. sum. vt iter. ¶ Scdo carnem spūi subiiciēdo. j. Cor. ix. Castigo cor. m. ⁊ in ser. re. ¶ Tercō animū ad sui cōsideratōnem colligēdo. humil'ei solū se cōsiderat. Hiere. xxxj. Statue tibi speculam Discipuli receperūt spūmsctūm dū esset in supiori pte cenaculi. vtz act. ij. vbi solū se ꝓsiderabāt. ¶ Quarto habitū pfectōnis assumēdo. mat. v. Estote pfecti sicut ⁊ pa. ve. ce. pfe. ē ¶ Quīto supna cōtemplādo ⁊ appḥēdēdo. Esa. lvnj. Sustollā te sup altitudinez ēre ⁊ cibabo te hereditate iacob p̄ris tui ¶ Quarto subdit ratōz vtriusqz. s. supbie ⁊ hūilitatis vl̄ depssionis ⁊ exaltatōis. q̄ ē. q: oīs q̄ se exaltat aliq̄ supradictoz modoz se alijs ꝓponēdo vel pmatum ambiēdo vel vsurpādo humiliabit̄ a deo. i. in ocul'di erit abiect⁹ ⁊ vil'in hac vita. ⁊ tandē hūiliabit̄ vald̄ ī penis iferni. Qui āt se hūiliat nihil se reputādo ⁊ pōpas mōi ꝓtēnendo. ⁊ dictates renuendo. exaltabit̄ corā deo ⁊ hic p grāz ⁊ in futuro p gl'az. Est ergo hūilitas mēsura ⁊ regl'a exaltatōis vt q̄ multuz se humiliat multū exaltet̄. ⁊ q̄ min⁹ minus Exēpla boz patēt in xp̄o ⁊ in btā vgine ⁊ iohāne bap. q̄ ꝑm gdus hūilitatis sic sūt exaltati. vt xp̄c sup oēs ⁊ p⁹ ipm btā vgo ⁊ inde iohānes bap. q̄ ait non sum dignus vt soluā corrigiā calciamēti e⁹. Et intelligimus totū quātum ad deū. q: quātum ad mōz nō sic semp euenit imo aliq̄ndo qui se nitit̄ exaltare exaltat̄ ⁊ q̄ se depmit nō ingerēs se mūdanis nō exaltat̄ sz vilipēdit̄. Et sic ptz ēciū. ¶ Vi vis breui⁹ pceđe nota q tria domi⁹ i hoc euāgelio fecit. scz ītrauit. curauit. ⁊ p̄dicauit. ītrauit domū ꝓncipis phariseoz. curauit ydropicū. p̄dicauit ꝙuuātib⁹. spūalit̄ intrat ad nos domi⁹ vt amicus. curat vt medic⁹. docz ⁊ p̄dicat vt magister. In primo nota tria

Ādrīo cū domū intrauit. q; p̄ncipiſ pba/
riſeoꝝ. i. illoꝝ q̄ p̄ncipant̄ ⁊ domināt̄ car/
ni ⁊ vicijs q̄ p amorē ⁊ deſideriū diuiſi ſit
a mūdo. Sap̄. j. In maliuolā aīaz nō in/
trabit ſapīa. nec ba. in co. ſub. pec. ¶ Se
cūdo quādo intrauit. qa ſabbato q̄ndo
ſcz aīa q̄eſcit a mūdi tumultib⁹ ⁊ vacat ſā
ctis cogitatōibus ⁊ opib⁹. Job. mj. Quā
do ſolet ſopor occupare boīes ſpūſ me p̄
ſente trāſiuit. Jo. xx. Cū eſſz ſero vna ſab/
bator̄ venit ieſus. ¶ Tercō ad q̄d intra
uit. q; ad māducandū panē. ō quo iobā.
mj. Deus cā⁹ eſt vt facīā vo. e. q̄ mi. m.
¶ In ſcō ſiliter nota tria q̄ fecit in cura
tōe illius ydropici. q; apprehēdit eū. app̄/
bēſum ſanauit. ⁊ ſanatū dimiſit. In q̄b⁹
intelligīt triplex grā. p̄ quaz peccator cu/
ratur. Apphendit enī deus pctōrem p̄ gr̄
tiam p̄uenientē mouēdo libex arbitriuz
eius ad p̄uerſionē. Sanat p grām ſubſe
quētez infundēdo p̄ritōz. Sanatum di/
mittit p grāz pficientē vt pficiat in bonis
opibus quo vſqz p̄ueniat ad pfectōnem
Et hec triplex grā petīt in orōe p̄ſētis do
mīce. Tua inq̄t nos domīe q̄ſumus gr̄tia
ſemp ⁊ p̄ueniat. Ecce p̄ma. Et ſequat. Ec
ce ſecūda. Ac bonis opib⁹ iugit̄ p̄ſtet eē
intentos. Ecce tcia. Vel apphendit p gr̄/
tie infuſionē. Sanat p peccati dimiſſiōz
Dimittit p plenā ſatiſfactōz ¶ In tercō
ſimiliē nota tria ſm tria q̄ docuit ō humi
litate ¶ Primū ē grā pfectōis ip̄ius hu
militatis q̄ eſt in omīb⁹ nouiſſimū locū
tenere. ⁊ ſe minorē oībus reputare. qđ do
cet ibi. Cū inuitat⁹ fu. ad nupti. nō diſcum
bas in p̄mo lo. Eccl'. nj. Quāto maior es
humilia te in omīb⁹ ¶ Scōm ē dīfectus
humilitatis p̄uatōis q̄ eſt rubor ⁊ dīectō
ſequēs ſuperbiaz qđ notat̄ ibi. Ne for. bo.
te ſit inui. Ad qđ refert̄ qđ dr. q; oīs q̄ ſe
exaltat humiliabit̄ ¶ Terciū ē fructus ⁊
vtilitas hūilitatis poſitōnis. q̄ eſt aſcen/
ſio ⁊ exaltatō qđ notat̄ ibi. Ex cū vocat⁹
fueris vade ⁊ recūbe in nouiſſimo loco.
Ad qđ refert̄ qđ dr. Quia q̄ ſe humi. ex.
Et ſic patz totū

De epl'a. Sermo. XCIX.

Obſecro uos

Ego vin. in domīo. vt di.
am. voca. q̄ vo. eſ. Ephe.
mj. Hec ē ſcda ps totius
epl'e ad eph. In q̄ p̄miſſa grāx actōe pro
bonis acceptis ſubiungit exhortatō vt ī
bonis acceptis p̄ficiāt. Diuidit āt p̄lens
epl'a in q̄ttuor p̄tes. Ādrīo hortat̄ aplūs
epheſios ⁊ nos in illis vt ō bono ī melio⁹
p̄cedēdo digne ōbeant ābulare. In p̄nci
pio epl'e. Scdo oſtēdit modū digne am/
bulādi in mltiplici vtute p̄ſiſtere ibi. Cū
omī humilitate ⁊ māſuetudīe. Tercō hor
tat̄ vt ſint ſoliciti vnitatē ſpūs ⁊ caritatiſ
ſuare ibi. Soliciti ſuare vni. ſpūs in vī.
pacis. Quarto rōem q̄re ōbent ī vnitate
ſpūs ambulare aſſignat ibi. Un⁹ domi⁹
vna fiđs. vnū baptiſma. ¶ Ādrīo ergo
hortat̄ vt pficiāt ō bono in melius dicēſ
Obſecro vos ego vinct. in do. vel ma. in
do. nō obſtantib⁹ vinculis. vel ego vin/
ct⁹ obſecro vos in domīo. i. p̄pter domi/
num vt ambuletis ⁊ non ſtetis q; in via
nō pficere deficere eſt. vt di. greg. Ambu
letis digne vocatōne euāgelica q̄ vocati
eſtis. ſicut dignū ē ambulare vocatoſ ad
grām ⁊ fidē xp̄i Ādbil'. j. Digne euāgelio
xp̄i p̄uerſami. Vel ābuletis digne voca/
tōne q̄ vocati eſtis. i. ſicut p̄petit vocatōi
vniuſcuiuſqz. j. Cor. vij. Unuſqſqz in ea
vocatōe q̄ vocat⁹ ē p̄ma. Nō ei oēs ad
eandē miſterij grāz vocati ſunt. Et hocē
qđ infer⁹ dicit. Unicuiqz veſtz data ē gr̄
tia ſm mē. do. xp̄i. Et ſic ptz p̄mus ¶ Se
cūdo determīat modū quō ambulādus
ſit q̄ p̄ſiſtit in q̄ttuor. ſ. in hūilitate. māſue
tudine. patīa ⁊ caritate. Dicit ergo. Am
buletis cū oī hūilitate voſmuicē ſubijciē

do. Eccleſ.mj. Quãto maior es hũilia te ĩ omĩbus. Quia deꝰ ſupbis reſiſtit. humilibus aũt dat ḡtiam. Jac.mj. Et manſuetudĩe.i. cũ hũilitate interiꝰ. ⁊ mãſuetudĩe exterius. Matth.xj. Diſcite a me qꝛ mit.ſ. ⁊ hu. coꝛd. Cũ patĩa. Lu.xxj. In patĩa vrã poſſi. aĩmas vrãs. Supportãtes inuicem in caritate. Ro.xv. Debemꝰ aũt nos firmiores ĩbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere. Gal.vj. Alter alterius onera portate. Et ſic patꝫ ſcõm. ¶ Tercõ monet vt ſint ſolliciti vnitatẽ ſpũs ⁊ caritatis ſuare d. Sic ambulate vt ſitis ſoliciti ſuare vnitatem ſpũs. Act.mj. Multitudĩs credentium erat coꝛ vnuꝫ ⁊ aĩa vna. Unitatem dico exiſtentẽ in vinculo pacis. i. q̃ exiſtit ⁊ cõſeruat in vinculo pacis. Pax. n. vnitatẽ tenet ⁊ ꝓſuat ſicut vinculũ rem quã tenꝫ ⁊ vinculat. Propt̃ hoc dicebat ſupra. ij. ca. Ipa eſt pax noſtra q̃ fecit vtraqꝫ vnũ ſcꝫ corpus. Et ſic ſitiſ ſoliciti ſuare vnitatem ſpũs vt ſitis vnũ corꝰ q̃ntũ ad opꝰ exterꝰ. Ro.xij. Multi vnũ corꝰ ſumꝰ ĩ xp̃o. j. Co. xij. Sicut aũt mlta mẽbra vnũ corꝰ cuꝫ ſint. nõ põt dicere oculꝰ manui opꝰ tuo nõ indigeo. Et ſitis vnꝰ ſpũs interius idẽ ſentiẽdo q̃ntũ ad effectũ. j. Co. j. Idipm dicatis oẽs ⁊ non ſint in vobis ſciſmata. Sicut vocati eſtiſ. i. ſic ſitiſ vnũ corꝰ ⁊ vnꝰ ſpũs ſicut vocati eſtis nõ ad diuerſa. ſꝫ in vnã ſpem vocatõis vr̃e. i. in vnã ſpẽ ſpatam. ſ. ad vitã eternã. q̃ vna ẽ qꝛ numꝰ q̃ eſt merces vnus eſt oũm. pſal. Unã petij a dom̃o hãc ⁊ req. vt inhã. in do. dom̃i. Et ſic patꝫ tercium ¶ Quarto reddit ratõꝫ q̃re õbent vnitatẽ ſuare di. Unus dñs vna fides ꝛc. Q.d. Sic debetis ⁊ poteſtis vnitatẽ ſuare. qꝛ vnus eſt dñs veſter cui ſuitis. ⁊ nõ eſtis diuiſi p multos qõ eſſet cauſa vnitatis ſcindẽde Matth.vj. Nemo põt duobꝰ domĩs ſeruire. j. Coꝛ. vnj. Unꝰ dñs ieſus xp̃c perq̃ omĩa ⁊ nos p illũ. Similit̃ vna ẽ fi-

des vobis ĩſpirata ab illo in q̃ ei ſeruire õbetis. fides inquã formata. ⁊ vnuꝫ ẽ baptiſma qõ ſuſcipe õbetis ad õletõeꝫ pctĩ ⁊ infuſionẽ vtutũ. qꝛ non iteraſ ꝓpter caracterẽ quẽ impmit. ⁊ qꝛ in vtute paſſionis xp̃i dat q̃ nõ iteraſ. Eꝫ potiꝰ ratõ eſt qꝛ eſt ꝓtra morbũ originaſ culpe. q̃ nõ redijt. j. Co. xij. Oẽs nos in vno ſpũ in vnũ corꝰ baptiſati ſumus ſiue iudi ſiue gentiles ſiue liberi ſiue ſerui. Unꝰ deꝰ ⁊ paſ oũm. Hic oñdit q̃ ille dñs cui ſuire õbemus eſt vnus in eſſẽtia ⁊ trinꝰ in pſonis Et hoc eſt Unꝰ deꝰ. Q.d. Iſte dñs cui ſuire õbetis eſt vnꝰ deus. q̃ eſt pater oũm omĩa creãdo ⁊ gubernãdo ⁊ ꝓſuãdo q̃ ẽ ſup oẽs qõ appꝛiaſ patri q̃ a nullo eſt. et p omĩa. qõ appꝛiaſ filio q̃ eſt ſapĩa p oĩa diſcurrẽs ⁊ attingẽs. Sap̃. vnj. Attingit ergo a fine vſqꝫ ad fi. fort. ⁊ d. ſ. omĩa ſua. Et in omĩbus nobis. qõ appꝛiaſ ſpũſãcto q̃ opaſ omĩa in nobis. Eſa. xxvj. Oĩa opa nrã opatus ẽ in nobis. Eſt ergo iſte dñs cui ſuire õbemus deꝰ paſ q̃ eſt ſup omẽs p potẽtiam p̃ſidẽdo. ⁊ eſt deꝰ filius q̃ eſt p omĩa p ſapiam oĩa cognoſcendo. ⁊ eſt deus ſpũſſanctꝰ q̃ eſt in omĩbus nobis p bonitatem nobis grãm infundendo. Et ſic eſt vnus deꝰ in tribꝰ perſonis. Ro.xj. Ex quo omĩa ⁊ p quem omĩa. et ĩ quo oĩa ipſi glã in ſecula. ¶ Exhortatio epl̃e. Sicut patꝫ ex dictis. ad duo nos in hac epl̃a hortaſ apoſtolꝰ vt ſcꝫ digne ambulemꝰ vocatõe q̃ vocati ſumꝰ. ⁊ vt ꝓſeruemus vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis.

Primo ergo noſ hortaſ vt digne ambulemus vocatõne qua vocati ſumꝰ ⁊ dirigẽtem viam ad id ad qõ vocati ſumꝰ diuidit in q̃ttuoꝛ ptes. ſ. in humilitatẽ. mãſuetudinem. patiẽtiam ⁊ caritatẽ. Cuius ratõ eſt qꝛ nos ſumꝰ ad quattuoꝛ vocati ¶ Primo ⁊ pncipaliter ad regnũ di qõ eſt ipe deus. Quia vt di. auguſt. Ad hoc creata eſt humana natura vt cognoſcerꝫ

deum cognoscẽdo amaret. amãdo possi deret. ⁊ possidẽdo frueret. Luc. xmj. Hõ q̃dam fecit cenã magnã ⁊ vocauit mltos Hebre. mj. Frẽs facti vocatõis celestis p̃ticipes. Propt hoc etiã dscẽdit filius di vt sc̃z ad illã vitã beatã nos duceret. Jo. x. Ego veni vt vitam habeant. Et breuit omia q̃ fecit filius di ⁊ in vita ⁊ in morte p pter hoc fecit vt. s. ad regnũ di iremꝰ ⁊ vi tam eternã haberemus. Joh. mj. Sic deꝰ dilexit mũm vt filiũ suũ vnigenitum da ret. vt om. q̃ cre. in ip. nõ pe. sz ha. vi. eter. Sola aũt hũilitas est via puenendi ad vitã seu ad regnũ di. ⁊ q̃ aliter vadit po tius cadit q̃z ascẽdit. Aug. Ambula per xp̃i humilitatẽ. si vis puenire ad eꝰ eter nitatem. Job. xxij. Qui humliatꝰ fuerit erit in gl̃a. Prouer. xxix. Humilẽ spũm suscipit gl̃a. Sic ergo q̃ ambulat in hũili tate digne ambulat vocatõe q̃ vocatus est ad regnũ di. ¶ Scdo sumus vocati ad iusticiã regni. Math. vij. Querite p̃ mum regnũ di ⁊ iusticiã eius. i. q̃rite pri mum regnũ di tanq̃z finem. scdario iusti ciam eius tãq̃z id qõ ducit ad illum finẽ Quia ad regnũ puenire nõ possumꝰ si ne iusticia regni. Mathei. xvj. Si quis vult post me venire. s. ad regnũ abnegz se metip̃m. i. vitam carnalez. ⁊ tollat crucez suam. i. pnĩam in qua homo crucifigitur mõdo ⁊ mõs ei. Gal. vj. Per quẽ mi. mũ. cru. est ⁊ ego mũdo. ⁊ sequat̃ me. s. operi bus vtuosis. Et hec est iusticia regni. vn de filijs zebedei petẽtibus ꝓsedere in re gno di interrogati sunt an possent facere hãc iusticiã. s. calicẽ passionis ⁊ pnĩe bibe re. vt patz math. xx. Qua si dice. xp̃c. Si vultis in regno sedere oportet modo p̃ mo iusticiaz regni habere. qõ est calicem passionis xp̃i bibere. Ergo ad hoc sumꝰ vocati vt carnez cum vitijs ⁊ ꝓcupiscen tijs crucifigamꝰ. Gal. v. Qui aũt xp̃i sũt carnẽ suam crucifixerũt cũ vitijs ⁊ cõcu piscentijs. Et vt opa vtuosa exerceamꝰ. Perfectõ aũt boꝝ duoꝝ opeꝝ est man suetudo. q̃ si quis in furore ⁊ supbia do maret carnem ⁊ faceret opa d̃ genere bo noꝝ sicut multi faciũt nõ ꝓpter hoc pue niret ad regnũ celoꝝ. Hic cadit exẽplu d̃ illo qui ieiunabat omĩ sabbato ad ho norem vginis ⁊ ex hoc efficiebat melan colicus ⁊ impatiẽs ꝓp̃t quod totã fami liam pturbabat. Cui apparẽs beata vgo dixit. Facias die sabbati aliquã elymosi nam ⁊ nõ ieiunes. q̃ hoc ieiunũ nõ pla cet mihi. Siliter cadit exemplũ qd̃ nar rat gregoriꝰ in dya. de illis duabꝰ moni alibus q̃ ꝓuitorez suũ nimis molestabãt ⁊ post mortẽ sepulte sunt in eccl̃a. ⁊ dum dyaconus clamaret q̃ est excõmunicatꝰ exeat eccl̃am. videbant̃ ꝓdicte d̃ sepl̃cris exire. quasi essent excõmunicate. Optet enĩ q̃ opa ducẽtia ad regnuz sint opera ĩ mãsuetudine facta. Eccle. mj. In mansue tudine opa tua pfice. Mat. xj. Discite a me quia mitis sum. i. mãsuetus in operi bus exterius. ⁊ humilis corde interius. In eodem. v. c. Beati mites quoniã ipsi possidebũt t̃ram. s. vuẽtum. Cuius rõ ẽ. quia opa ducẽtia ad regnũ spũssanctus opatur in nobis. q̃ est totus benignus ⁊ mãsuetus. Sap̃. j. Benignus est ei spũs sapĩe. In eodem. xij. Quã bonus et suauis est spũs tu. do. in no. Hõ enĩ q̃ opera tur bona hz spũmsanctũ q̃ facit euz beni gnum ⁊ mãsuetum. Sic ergo q̃ ambulat in mãsuetudine digne ambulat vocatõne q̃ vocatus est ad iusticiã regni ¶ Ter cio sumus vocati ad tolerandũ aduersa p̃ntis vite. Lu. x. Ecce ego mitto vos sicut ag. inter lu. Ut p patiam aduersoꝝ pbemur ⁊ purgemur ⁊ pficiamur ⁊ coronemur. Ja. j. Beatꝰ vir q̃ suf. temp. quia cũ pbatus fuerit ac. co. vi. Lu. xxj. In patia vrã possi. aias ve. Sic ergo q̃ ambulat in patia digne ãbulat vocatõe q̃ vocatꝰ

est ad tolerandū mala presentis vite
Quarto cū ꝑm aptm oēs sum⁹ ad ūnicez
mēbra corpis mistici qđ est eccl'a. sumus
vocati vt supportē⁹ vn⁹ alterū & putamus
vn⁹ alti in offō & statu suo in q̄ de⁹ eū voca
uit Sicut mēbra corpis natali dilectiōne
mutuo sibi ꝓsunt & supportāt. nā oc'is fuit
pedi ostendēdo ei viā & pes oculo portā
do eū. & stomachus ceteris mēbris sumen/
do cibum ꝓ omīb⁹. & sic de alijs. De⁹ āt
posuit nos in eccl'a eius tāq̄z membra vt
di. aplus vt vn⁹ doceat ꝓ doctrinā. alius
sustētet ꝓ elymosinā. alius regat ꝓ disci/
plinaz. Unusq̄sq̄z ergo in grā ministerij
qua vocat⁹ est ōbet mīstrare alijs. Ro.
xij. Sicut enī in vno corpe multa mēbra
habem⁹. oīa āūt mēbra nō habēt eundez
actū. Et sequit. Habētes āūt donatōnes
ꝑm grām q̄ data est nobis differētes sive
ꝓphetiā ꝑm rōnez fidei. sive ministerium
in mīstrando. sive q̄ doctz in doctrīa. Sic
ergo q̄ ambulat in hac mutua caritate &
supportatōe vt in grā quā accepit seruiat
alijs. digne ambulat vocatōe q̄ vocatus
est ad vnitatē corpis mistici. qđ est eccl'a
cuius caput est xp̄c. Epheſ. j. Ip̄m dedit
caput sup omnē eccl'az q̄ est corp⁹ ipius.
Magna est grā esse mēbrū vnū talis cor
poris cui⁹ caput est xp̄c. Et sic patz q̄ hec
digna ambulatō in q̄ttuor ꝓsistit. Et
nota q̄ hec silitudo dilectōis mēbrorum
corpis natural'. ad mēbra eccl'e q̄ seinuicē
ōbēt diligere. supportare & fouere sicut mē
bra corpis natural'. attendit quantuz ad
octo ¶ Primo ¶ Primo attendit in boc q̄
vnū mēbruz nō inuidet alteri. licet excel/
lat vnū alterū & opatōe & situ. Sic nō de/
bemus primo inuidere in q̄cunq̄z statu
q̄s sit. Aug. Auertat de⁹ pestē iuidie ab
animis oīm hoīm. viciū dyaboli est inui
dētia. sz hz matrē suam. s. supbiā. suffoca
matrē & nō erit filia ¶ Secdo in boc q̄
vnū mēbrū officiū suuz sibi nō appriat sz

oīb⁹ ꝓmūicat. Sic hō debet ꝓmūicare
grām quā hz ꝓ prīo suo. Ro. v. Necessita
tibus sc̄oꝝ ꝓmunicātes. ¶ Tercō in hoc
q̄ vnū mēbrū ab alio lesum non se vindi
cat. Sic ōbem⁹ pcere & nō reddere malū
p malo ¶ Quarto in hoc q̄ infirmiora
mēbra amplī⁹ honoram⁹. j. Co. xij. Que
putamus ignobiliora mēbra esse corpis
bis honorē abundantiorē circūdamus.
Sic & nos ñ ōbem⁹ infirmiores despice/
re sz honorare. Ro. xij. Honore inuicē p
uenētes. ¶ Quito in hoc q̄ vnū mēbrū
alteri ꝓpatīt & gaudz. j. Co. xij. Siquidez
vnū patīt mēbrū ꝓpatiunt oīa mēbra
Sic & nos facere ōbem⁹. Ro. xij. Gau/
dere cū gaudētib⁹ & fle. cū flē. ¶ Sexto i
hoc q̄ vnū mēbrū reputat sibi fieri qđ fit
alteri sive malū sive bonū. q̄ si ledit pes
lingua ꝓqrit si sanat manus os regtiat.
Sic vn⁹ fidelium ōbet sibi reputare fieri
qđ fit alteri. exemplo illi⁹ q̄ ait qđ vni ex
mi. me. fe. mat. xxv. ¶ Septīo in hoc q̄
vnū mēbr̄ ꝓ alio lesioni se expoīt vt ma
nus ꝓ capite l' oculo. Sic & nos facere ō
bem⁹ exēplo xp̄i capitis nrī q̄ ictū quem
humanū gen⁹ merebat accipe in cruce su
stinuit. Esa. liij. Propt̄ scel⁹ ꝓpli mei pcus
si eū. ¶ Quarto in hoc q̄ cibū quē vnuz
mēbrū recipit oīb⁹ ꝓmunicat. Sic & nos
bōa nrā tpalia ꝓmūicare ōbem⁹. Actuū
mj. Erāt ill'oīa cōia. & di. sin. put cu. op. e.
Et sic ptz ꝑmū ¶ Secdo nos hortat vt oī
studio vnitatē spūs & corpis mistici qđ ē
eccl'a in vinculo pacis ꝓfuem⁹ ¶ Q
Ubi nota q̄ in hanc vnitatez ꝓfuandaz
sex nos inducere ōbēt ¶ Primū est xp̄i
imitatō. Boni enī filij ōbēt prēm in bōis
opib⁹ imitari. Et omēs boni xp̄iani de/
bent xp̄m prēm suū imitari. Sap. ij. Imi
tant aūt illuz q̄ sunt ex pte illius. Cristus
autē ad hoc venit in mūm vt filios ōi q̄
erant dispsi ꝓgregaret in vnuz. Jo. xj. i. in
vnā fidem. in vnā eccl'az. & in vnā glo/iaz

Propriū enī est xpō vnire. sicut ppriū ē dyabolo diuidere. Qui ergo diuisiōib⁹ itendūt dyabolū imitant̄ ⁊ nō xpm. Jpe enī dyabol⁹ pmā diuisionē iter creatorē ⁊ creaturā p peccatū fecit. Esa.xmj. Pdonam sedem meaz i aqlonem. Jpse diuisit aīmam a corpe ⁊ boīes ab iuicem per diuersa litigia p diuersos errores ⁊ cultus Sic ergo q̄ xpm imitant̄ i vnitate consistunt ¶ Scdm est spūssācti ifluxio quia vt dictum est nos sum⁹ mēbra corporis mistici qđ est eccl'a c⁹ caput est xpc. Hec aut̄ mēbra vniunt̄ capiti i caritate spūssancti que est vīculū pfectōis. vt dr ad colo.nj. Sicut aut̄ se habz mēbr in corpe naturali q: mēbrum diuisum a corpe nō põt recipe ifluxum vtutis a capite. ita se habz mēbr i corpe mistico. q: hō diuisus ab vnitate eccl'e p peccatū no potest recipere ifluxum spūssācti q̄ a filio dī pcedit. q: est sicut mēbrū abscissum. Et iō p̄uat̄ ifluxu omīs boni qđ fit i eccl'a. ac etiā merito passiōis xpi. ⁊ omēs vtutes ⁊ sacramenta eccl'e i eo frustrant̄. Et ad hoc significandū spūssanctus dscēdit sup apostolos dū ipi erāt corpe ⁊ corde congregati. vt patz actu.ij. ¶ Terciū est boni conseruatō. Q: vt di.boe. Omīs res. omne bonum. ⁊ omīs vtus i vnitate pseruat̄ ⁊ tā diu sustulit q̄z diu est vna. dficit aut̄ cuz diuidit. Exemplū i ciuitatib⁹ ⁊ domibus ⁊ animalib⁹. q̄ omia tā diu subsistunt q̄z diu i vnitate pfuant̄. Q: vt di.boe. Omne qđ est iđo est q: vnum numero ē. Hā di.philoso. q vnū ⁊ ens quertunt̄. Si ergo volum⁹ bona grē. ⁊ dona spūssancti. q nobis de⁹ est largit⁹ pseruare. oportet q i vnitate animoz v.uam⁹ ⁊ vnū sim⁹ omēs i xpō. Act.mj. Multitudīs āt crederat c.v. ⁊ a.v.s. in domio. ¶ Quartū est hostil'i pugnatō. ⁊ de hostib⁹ triūphatō Nobis.n. grāde bellū ist̄at cuz dyabolo mūdo ⁊ cū carne. Job.vij. Mil. luta est vita hominis sup terrā. Ephe. Nō est nobis colluctatō ad.car. ⁊ sanḡnem sup. tantuz sz aduersus pncipes tenebraz ꝛc. Omīs aūt victoria i vnitate pfistit. Et iō milites in acie fortitudīe vniunt̄ ⁊ pstringuntur Et pptera ātiq̄ dixerūt q̄ palma ē signū victorie q: habz folia vnita simul. Et vincens etiā ppt victoriā cū palma pmiatur Si ergo volum⁹ d hostib⁹ triūphare oportz nos i vnitate manere. alīs succūbemus oīno. Cui⁹ rō est. q: q manet in vnitate eccl'e. manet in caritate. q: vt dictum est. caritas est vinculū oēs fideles vniēs q aūt mānet in caritate in deo manet. j. io. nj. Et iō tales pugnāt. non in vtute sua sz dei in quo omīa possunt. Phili. qrto. Omnia possum in eo q̄ me pfortat. Sic pugnauit dauid ⁊ iō vicit goliā. j. re. xvij Sic historiā ¶ Quintū est meritorū et gl'e augmentatō. omīa enim opa nostra bōa nō merent̄ etnaz gl'az. nisi inq̄ntuz innitunt̄ merito xpi ⁊ gr̄ē spūssancti cui per caritatē vnimur. Et iō si volum⁹ gloriaz etnam mereri. oportz nos p caritatē et gr̄am spūssancti manere in xpō. alīs nihil gl'e etne possum⁹ mereri. nec aliquez fructuz in vita eterna pgregare. Johān.xv. Manete in me. q: sine me nihil potestis facere q̄ manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū mltuz. Uñ opa illoz q̄ sūt ab hac vnitate diuisi nihil merēt gl'e etne. Joh. xv. Sicut palmes ñ põt afferre fructum nisi mānserit in vite. sic nec vos nisi in me mānseritis ¶ Sextū ē malorum incursio Hā q̄ extra hāc vnitatē morant̄. oīa mala incurrūt. Incurrūt.n. mortale odiū dī. ps. Imō odio ha. Incurrūt pditōez bonoz q̄ fecerūt. Incurrūt potestatē demonum ⁊ vilissimā seruitutē vicōz ⁊ tādez incurrūt penas iferni. Et hoc ē qđ ait cayn Ecce eijcis me hodie a facie tua ⁊ ero vagus ⁊ pfugus sup terraz. omnis q̄ inuenerit me occidet me. Ge. mj. Propter hoc ergo in

vnitate spūssancti vt sumus mēbra xpi in vno corpe qō est eccla manere debemus qō fit quādo pacē habem⁹ ad deuz et p/ximuz. Et ideo in vinculo pacis hec vni/tas ꝓmuat. Hebreo.xij. Pacē ⁊ sanctimo niaz sequimī cū oībus sine q̄ nēo vide/bit deū. Et sic ptz scōm ⁊ ꝓseq̄nt totuz

Domica.xvj.de euāgelio.

Sermo .C.

Videntes pha/risei q iesus silentiū imposu isset saduceis ꝓue.ꝛc. Mat. xxij. De hac insidiatōe phariseoꝝ cōtra xpm loquit ꝓpheta in ꝑsona xpi d. In la queo isto quē abscōderūt ꝓphēsus ē pes eoꝝ. Et ita factū est q: pharisei volentes xpm illaqare vbis ⁊ arguere ignorātiaz eius. ipi sunt illaqueati ⁊ ignorantia re/darguti. ⁊ recto iudicō dei in furcis quas amō pauerat mardocheo suspēs⁹ ē ipse. Hester.vij. Tria vo in hoc euāgelio de/scribunt. Primū est ꝙuent⁹ phariseorū malignantiū ꝓtra xpm insidiatō. In ꝑn. euā. Scōm est eorūdez de ꝓmo mādato interrogatō. ⁊ xpi de eodē rnsio ibi. Et in/terrogauit eū vnus ex eis. Terciū est xpi interrogatō ad eosdē cui⁹ filius xpc essz. ⁊ resp̄ōnis eoꝝ umpbratō ibi. Congre gatis āt phariseis dixit eis ies⁹ q̄d videt vobis de xpo c⁹ fili⁹ ē ¶ Primo ergo poīt ꝙuētus phariseoꝝ malignātiū ꝓ xpm i/sidiatō. Et hoc est. Audiētes phariseī cō uenerūt in vnū. Crisp. Cōuenerūt in vnuz vt in multitudīe vincerēt quē rōne supa re nō poterāt. a vitate se nudos esse ꝑfes/si sunt. q̄ se mltitudīe armauerūt ¶ Nota āt q̄ vt habet in bistoriis scolasticis i/ter iudeos tres erāt secte a ꝓmū vita alio/uz distātes. s. pharisei saducei. ⁊ essei. de ꝓmis duab⁹ fit mētō in euāgelio hoc. ⁊ ī plurib⁹ locis scripte. Pharisei cultu au stero ⁊ cibo parco vtebant̄ ⁊ bēbāt q̄sdā

C

supstitiōsas obꝑuantias. Pā deferebant cartas in frōte ⁊ in sinistro brachio. i qui bus decalog⁹ script⁹ erat q̄ vocabantur philacteria. In fimbrijs etiā ⁊ in angulis pallioꝝ hēbāt spinas īsertas vt ipis pū/cti dū incederēt fierēt memores manda/toꝝ dei. ꝓpositis suis ⁊ natu maioꝛib⁹ nū q̄z ꝓria rndebāt. Onia vo opa sua facie bāt vt viderent̄ ab homīb⁹ ⁊ bōi reputa rent̄. Et q: a ꝓmū habitu alioꝛuz diuisi erāt. iō dicebant̄ pharisei a phares q̄d ē diuisio. De q̄ruz secta paul⁹ fuit. Actuū xxvj. Ego pharisеus suz filius phariseo rum. Cōtra istos mltocies ꝓdicauit xps ⁊ ipos rep̄hensibiles multiplicit oñdit. Saduceī āt negabāt resurrectōz coꝛpm futurā. aīas cū coꝛpib⁹ moꝛi asserēte s. nec āgelos esse dicebāt. solū q̄nqz libꝛos moy/si recipiebāt. Hi seueri nimis erāt nec in/ter se sociales. ob quā cām saduceos. id ē iustos se nomiabāt. His dns silentiū im posuit ꝙuēti rnsione. vt supꝛa in hoc euāgelio ptz i eodē ca. Ubi dr q ipi q̄sie/runt a xpo dicētes. Magister moyses di xit deut.xxv. Si q̄s mortuus fuerit n̄ ha bēs filiū ducat frat eius vxorē illius ⁊ su scitet semē fratri suo. Erāt āt apud nos septē fratres. Et ꝓmus vxoꝛe ducta ōfū/ctus est sine filijs. ⁊ nō hns semē reliquit vxorē fratri suo. Similit̄ scds. tci⁹. et q̄r/tus vsqz ad septimū. Nouissime āt oīm ⁊ mulier defuncta est. In resurrectōne eoꝛ go cuius erit de septē vxoꝛ. oēs enī eā ha buerūt. Rndens āt ihesus ait illī. Erratis nescientes scripturas neqz vtutē dei. In resurrectōne ei neqz nubēt. s. viri. i. n̄ acci pient vxores. neqz nubent̄. s. mulieres. i. nō tradent̄ nuptui. sz sunt sicut angeli di De resurrectōne āt mortuoꝝ nō legistis q̄d dictū est a deo dicēte vobis. exod. nj. Ego sum de⁹ abꝛaā de⁹ ysaac de⁹ iacob. Nō est de⁹ mortuoꝝ sz viuentiū. Dic er go ptz q̄ xpc ex duoꝝ ignorātia ꝓfutauit

